Quā sit ut transuersam lineam æquabilius duccere soleamus, quam erectam ad perpendicularum? An quia ille manus processus facilior est, & leuius pergit, minusque quasi offendit? grauius autem

autem est & difficultius sursum deorsumque manum promouere. An etiam ab ipsis digitis transuersis, magis æquabiliter linea transuersa dicitur? quorum situ mutato, opus etiam horum impeditur. itaq; & circulū aliām vē figurā si hæ describere debeat, minus in proclivi id futurū sit. An potis hoc est, cōsuetudine scribēdi fieri, ut quę trāsversa, à sinistrā am producēda sint, ea re-
etiūs & expeditiūs absoluātur? Itaque retro quoque linea transuersa minus duceretur ab inexer-
citato æquabiliter. At pictores, & multum in
scribendo versati, vñu assiduo facultate compara-
ta, sursum deorsumque lineas nihil magnopere
obstante facile duxerint, & easdem circumduxe-
rint, &c, vt visum fuerit, coniunxerint. Ac scimus
Albertum Durerum continuato ductu figuram
hiantis Leonis ex tempore, arrepto carbone aut
creta, aur, si præsto esset, calamo seu pennula, ef-
singere consueuisse.

X.

Quia de cauſa addidisse credēdum imaginibus
sanctitate vitæ clarorum hominum lunulas
& patellas pictores & factores? An nō est verum
orbibus illis cœlestem excellentiā significari? Sed
quia veteres effigies fuerū tales statuarū, id quod
perspicuè Aristophanes ostēdit in fabula cui no-
men Aues: χαλκεοῦ μηνίσκος φορεῖ ὡς περ ἀνθρά-
πις. Iubet sibi spectatores parare lunulas quas ge-
stent tamquam statuę, ne inquinētur auium ster-
coribus. aduersus hæc enim, tegumenta talia sta-
tuis imponi solebant. idque sequunt. & in picturis
sunt,

sunt, quasi eximium quiddam, & postea illa falsa interpretatio, ut aliae in aliis, accessit.

DE C V R I A D I X.

I.

Vare dicūt Texi, carnes ouium à lupis disceptarum carnibus vescantur, deinde cibo non facilè expleri posse? eosque ventres ideo lupinos appellat. An est hæc, ut in multis aliis, falsa opinio, nata à delicatorum vel fœminarum potius nausea, atque fastidio? quum veteres Graci crediderint arrosas à lupis carnes ouium, ^{Aukōlpa} ipsi vocarunt, esse esu suauissimas, idq; cur fiat caussas exquisiuerint. An fatendū fieri posse, ut voracitas lupi, quasi contagione carnes pecudis lanifata inficiat. huius autē veluti veneni vim dētibus & laliua potissimum cōtineri credendum. Quin etiam compertum est luporum animam admodum esse venenatam atque pestilentem. Ac quendam qui plagis captum lupū accedens proprius venabulo vellet confodere, erigēte se contra ictum lupo & efflante halitū cerebriorem, ita fuisse hominem læsum, ut facies oris & manus, quę nudæ patuissent, fœdum in modum intumescerent, qui tumor exquisitis remedii a grē potuerit depelli.

II.

Vare ebriosi minus idonei sunt ad operā dādam liberis, & ebrij vel non gignunt, vel gignunt

gnūt fœtus imbecilles atque fuitiles? An cōstat eorum quibus ebrij solent fieri homines, frequentē copiosumque vsum, & crapulā mirificè diminuere in corporibus calorem naturaliter insitum? Si ne quo neque vita vitalis, neque valetudo bona esse, neque corpus ipsum aut vlla pars huius officiū suo fungi potest. Non autem necesse est mirabili opinione esse facultatem in vno frigoris, quūm huius calor vnā cum humoris abundantia, non modò calorem Naturæ debilitare possit, sed penitus extinguere. nam & calida supra modum venena, hoc ipso modo hominem interficiunt, & febrium æstus in primis violent calorē naturalē. Eam igitur ob cauſam id accidit ebrios atque ebriis, de quo est quæſitum, & iisdem insuper adhuc constante ætate, eadem fere quæ senescentibus. Et canescūt enim celeriter, & in multis caluitium appetit, & tremunt artus istorum, & loquēdo lingua adnæfescit. denique, quemadmodum & antè est dictum, simillimi sunt hi senibus.

III.

QUare censuit Apollonius Herophili F. tenues Plot. & gracles, quos Græci ἀρεόφυς vocant, falsa-^{τηντος φυσις κατις.} mientis utiliter ali, non dulcibus neque pulticulis? An est in ipso sale nutriendi quadam occulta vis, vnde sit ut in mari animantium & copia & varietas maxima sit? Quin etiam cæsarum pecudū carnes sal aspersum tamquam altera anima neque putrescere sinit & condiendo facit gratioreſ.

κρέας ὃ τῶν, νεκρόν θέτι, καὶ νεκρὸν μέρος,
Secundūm veterem versum. An in sale quiddam ^{συμποσ. δ.} etiam

eriam pingue est: nam & lucernas melius arderet.
ευμ. π'. 8'. sale addito perhibent. An vero humores qui magis & grauius exiles illos affligerent & laederent vehementius, sal absumit: ideo & pecudibus ac iumentis salem dari prodest. An salis morsus appetitum ciet, & vias interiores aperiens, ad digerendum cibum conducit? Itaque & antea alios, aliis cibis & acribus utrūque ut, qua veluti esca allicantur reliqui. Quod si prius capiantur aliqui, appetitus languescit & obtunditur.

Δ

Διὰ τί ἡ χωδεσίρα καὶ ἐνηκοωτέρα οὐκ εἶ μέρας;
ἡ λίαν θράση καὶ περιφρογιμένα τὰ πόδες πλιτάρχῳ συμποσιακῶν οὐ, οὐ τὸν πεπλέξασθετορον οὐτος οὐτελεις θησημανθέντε, οὐ τε αὐτὸς προσεντεύμηται; καὶ δεῖν ἀμαθέτερόν φασι, καὶ θρέσερον εἰπεῖν, οὐτε καὶ τὸν οὐκτὸς πατρὸν στωπὴ γίνεται συναπαυομένη τῷ τε φυγρώπων, καὶ θησηλον καὶ ὄρνιθων γένες,

οὐδὲ πιστῶν ὑλακῆς τὸν αὐτὸλιν, τὸ θρόνος δεῖν
πάχυτος στηλὴ μελαινομένης ἔχει ὄρφων,

Απολλ. γ'. καὶ τὸν τῷ Αργοναυτικῶν ποιητῶν. Εἴτω δὲ τῷ αἵεται τῷ
πάχων μὴ συμπισθόντων μὴ τὸ ἀναμικτὸν φοφουώτων, διέρχεται
τὸν ανεμπόδισυς μᾶλλον οὐ φωνή· καθ' ὑμέραν τοῦ, οὐδὲ θολερῆ,
δῆθε τὰς πατέσφοράς καὶ ἐπιχύσης παινοδοπαῖων πάχων,
ἀπό τὸ ἐμφύχων καὶ αψύχων, ρέοντας τὸν πέρος καὶ πολύθρυ
γνωμένας, ἀνακόπλετας καὶ ἀμιδράται τὰ ἐκφωνιθέντε, καὶ οὐ-
κέτι αἷσηγχυτας καὶ ἑναρθρα προσφέρεται τοῖς ὀστοῖς, μὴ γνωμέ-
νης, οὐδὲ διάστρος καθερὸς καὶ λείου, τὸ φορᾶς ἀκωλύτης. Εἴ τα-
χείας ἀλλ' ἐνιχοριέτης καὶ θραυσμένης πολλάκις καὶ παν-
τίως, ὥσπερ ἴξως πετεινὸν, καὶ ὑδωρ θαλάσσης ἀνέμοις, οὐστ'
ἴξαντας τὸ οὐ φωνής ἐναργεῖς γνωμέναις ἴξιτηλον, καὶ τὸ
ἴξακος

Εγκυσὸν ἐμπορεύεται.

III.I.

Cur nox magis sonora & ad audiendū aptior quām dies? An ea quā à Plutarcho afferuntur Sympos. octauo, vniuersa, quā partim ab Aristotele antē notata suis ille inseruit, partim ab ipso insuper exponit, nimis acutē & accuratē facta videntur? potestq; rudiūs, vt aiunt, & clariūs, dici nocturno tempore omnia silere, dum quiescit totum hominum, animaliū, atque auium genus,

*Nullus in urbe canumq; sonus strepitū ve canorum
restat, & in nigra sunt ultra silentia noctu,
vt Poëta Argonauticorum fecit. Quum itaque in
aëre soni non cōcurrant, neque promiscue per-
strepant, vox hac ratione magis libera penetrat:
interdiu autem, vbi aër veluti turbidus fluit, quia
varijs soni tam animalium quām inanimarum re-
rum in illum feruntur & diffunduntur, & strepi-
tus excitantur, fit vt quā sonum reddere debet,
interrumpantur & obſcurantur. nec amplius in-
confusa & articulata auribus applicantur, sicut
per aërem purum & leuem, celeriterque & sine
impedimento perferti nequeunt, sed detinetur
motio & frangitur ſequi & variè, non aliter ac
visco auicula, aut aqua maris ventis ſolent, vt vo-
cem euidētem & manifestam, fieri exilem & ob-
ſcuram, & impediri id quod auditū comprehen-
ditur néceſſe sit.*

E

Διὰ τί οἱ παρόντες τὰ ἡρῶα, στήνεντες εἰς τὸ πέπονέν τους οἱ ἀρχαῖοι τοῖς ἡρώαις τιμωρεῖσθαι μὲν τὰς ἀμαρτίας τους εὖ ποιεῖν ἐγένετο ὁ φελεός της αὐτοῦ;
 οὐδὲ Αἰγαίοπερ καὶ οἱ Μένειδροι εἰρηνέας φάσιν ἐν Διωρίθειοι
 Ιπόθ. ὅπερ ὅτι διποτλίκιοι μὲν ποιεῖν διώνται οἱ ἡρῷες, τὸ δὲ ὁφέλεος
 ποιεῖν πεκληταί. Ηὕτω δύσοργος καὶ χαλεποὶ γεγονέντες
 λέγονται οἱ ἡρῷες, καὶ τοιούτοις βαρεῖσθαι τοιούτοις οἱ Ηρακλῖτοι, οἱ καὶ σφαῖδες ὑλῶν αὐτῶν παιδεῖσθαι αἰμελέσερον διατηνούσθαι οὐσίας ἐγένετο τοιούτοις θυμωθεῖσθαι διέφθειρεν, ἀνάγκαια καὶ δύσκελα εὐξάμενοι. οἱ γοῦν τύπωροι ἐν τοιούτοις τοῖς τοῦ ἡρώων φάσμασι, καὶ μηδεποτε περιτάσσοντες φάσματος τονος ἡρώων ἀπάντησιν ἀβλαβῆντες τοιούτοις τοῖς ἐπιτρεπομένοις τοιούτοις καὶ ἔντοντες παρέρχεσθαι.
 οὐδὲ τοῖς οὐδὲ σιωπῇ πατερέντες τὰ ἡρῶα ἐνενόμεσον πανταλαῖ, ἵνα μάτις διποτλίμιον τοιούτοις παροργήσῃ τοῖς ἡρῷαις αἴτιοις τοιούτοις παροσευχῶν ἀδενούσθαι οἱ οὐρανῶν.

V.

Qui sit quod homines quum prætereunt he-
 roum fana tacent? An quod veteribus per-
 suasum fuit heroës punire delinquentes, nihil ve-
 rò beneficij conferre neque prodeesse bonis? quæ-
 admodum Menandrum quoque in fabula, cui no-
 men Commercenarij, retulisse ferunt, heroës at-
 tonitos & stupidos facere posse homines: utilita-
 tis autem nihil ab illis reperiri. An quia heroës in-
 humanos & morosos fuissent proditum est, & ei qui
 illis appropinquaret, graues? Sic Hercules pue-
 x negligeatiorē in ministrando, condylo, quod di-
 gitorum

itorum plaga genus est, interfecit: Theseus quoq;
tratus, quū incogitater & temerè optasset quedā,
Hippolytum filium perdidit. Ideoque illis qui
noctu visis heroum obuiam venirent, & nō cau-
tē ipsis cederent, oculos distorqueri putabant. Et
in Luciani dialogo, qui inscribitur, Mendacij cu-
pis, narratur a quodam nihil periculi aut mali
a quodam visu, & occurrentibus accidisse,
si tantum defleterent illo ambulante à via, &
permitterent præterire. Quapropter olim cum
silentio fana heroum prætereunda iudicarunt,
ne si fortè odiosum quippiam proferretur, ad irā
heroëm, quum præsertim precationes nihil uti-
litatis afferrent, magis prouocarent.

VI.

QVæ fuit tricliniorum figura & structura? An
est res hæc ad explicandum difficilis, neque
cognitio magnam vtilitatem habet? & liberalis
tamen studij videtur esse, in talibus quoque peri-
clitari ingenij vires, & quasi ludū Musarum lude-
re. Ac dubium non est, quin Latini *triclinium* no-
minarint ipsos lectulos seu spondas aptas &
structas ad epularum usum & commoditatem;
quaæ erant nimirum τρίκλινα. Plautus etiam *bicli-*
nū dixit Bacchidibus: hoc esset δίκλινον. Μεγαρι-
κῶς verò significat *triclinium* etiam conclave, seu
locum ipsum in quo lectuli illi, id est κλίναι collo-
cabantur: Græci τρίκλινον εἶνον & τρικλίνιον θελά-
μες, & διάγρα τρίκλινον: sed & maioribus numeris
τετράκλινον, πεντάκλινον, ἑξάκλινον, ἑπτάκλινον,
οκτώκλινον, ἑνεκάκλινον. sed & εῖκον πεντεκλίνες, τρισκον


αυμηνος. ε'. ε'. Ταῦλινες καὶ μείζους, nominarunt. quem esse Plutarchus ait apparatu epularū à consuetudine & familiaritate amicitię alienū. Ea enim est scilicet νάτη τροπεύν ἀμίκτων καὶ ἀφίλων δέσμων. Sed trium spōdarum seu lectulorum compactio veteribus vſitata fuit: quāuis & plures cōcinnati fuerint. Tribus igitur his cōiunctis figura laterū quatuor dīvēlās, id est, vno dīvēlā, vtr. vt si designetur α β γ δ: neq; iungantur α δ. In medio autē & apponēbatur, & inde auferebatur mensa. Ut in Afinaria: Pueri mensam apponite. & apud Maronē,

Postquam exempta fames epulis, mensa q̄ remota. Erat autem mensa rotunda, id est spōδυλη, & tripes, quemadmodum & Ouidius indicauit libro Metamorph. viii.

-mensam succinctā tremēnsque

Ponit anus, sed erat mensa pes tertius impar.

Grammatici tamen perhibent esse τράπεζαν quasi περγάμιζαν: quum duci possit ὅπο τὸ τραπέντας τὸ τέλος, id est, ab auferendo & apponendo. Nam & ὁ δ. ε. Mercurio περιθνε τράπεζαν Calypso, & Achilli adueniente Priamo -έτι καὶ παρέντο τράπεζαν. Etsi priscis temporibus, neque rotundas mensas & quadrupedes fuisse traditur; indicatūr que hoc ab Athenaeo. Sed ad r̄c:nam de his alibi quoq; disputavimus. Illam igitur intra figuram qua-

α  β tuor laterū vno deficiēte, α β γ δ, erit mensa & hoc quodā modo. plurim autem lectulorum apta concinnitas nimittū lateribus & angulis au-
γτior

tior quoque fuit. Sed τρίκλινα, ut videtur, conuiorum loca dicta, & horum magister ἀρχιπολιτεύος, quia pauciores tribus cōuiue esse nō solēt, vel non deberent, ut docuisse Varronem Gellius scripsit ca. xi. libri xiiii. Laertius Eudoxum sribit, συμπόσιον ἔχοντε πλάτωνε τὸν ἡμικύκλιον καταλισσον πολλῶν ὄντων εἰσηγήσας. Suidas ex Plutarcho retulit, Μεσσαμ, quā am in conuiuio apposuisse mēsam ἐγέργετον, id est angulatam magnitudine ingentem & pulchritudine nulla inferiorem. Quā quum ab aliis exquisitis laudibus predicaretur, unus ex parasitis assentando ceteros vincere volens, At istud, inquit, optimi conuiuæ nō animaduertitis, quod perfectus orbis sit mēsa istius, & vnde hæc teres ac rotunda. Quā assentatione manifesta, risus omnium fuit concitatus. Remotis mensis quum boni euentus, id est ἐγέργετος διμονος poculū propinando bibissent, potus instituebatur, & cetera siebant quibus conuiuij hilaritas perficeretur, illatis quidem prius mensis secundis. Discubuisse autem ad epulas, veteres, etiam ex eo patet, quod traditur in Macedonia antiquo instituto nulli cōcessum fuisse, ἐν δέιπνῳ κατεγγέλεσθαι, id est, discumbere cœnandi causa, nisi quis aprum confossum cepisset absque plagis, id est, quemadmodum Athenaeus libro i. ex Hegesandro retulit, εἰ μή τις ἔξω λίνων ὑπερτίθεται.

VII.

IN Ausonij Mosella notantur ut alieno loco inculcata hæc,

-cui quadrato ad fastigia cono


surgit, & ipsa suas consumit pyramidis umbras.

& sane cohærentem ista expositionem illam dirimere videtur. & quadrato cono, quale est? Sed his omissis quæramus de umbris pyramidū, de quibus & alijs icrispere, nullas eas umbras iacere. Hoc igitur cuiusmodi esse perhibendum? An cesse tuit umbras ~~et~~ ^{temporis} consumi in pyramidibus, nō propter altitudinem modò, sed molem illarum? Quod vt intelligi possit, exemplum eius proponatur quam descriptis accurate Herodotus, ex æquante fastigio spaciū basis, quæ esset quadrata pedum octogenorum æquiter extensis lateribus. In hæc igitur non potuit non hære intus præsertim umbra quando sol maximè sublimis radios suos demisit. Nam ad Memphis, vbi illa exstructio fuisse traditur, ab æquatore perhibetur distare pūctum verticis illam plagam incolentium partibus propemodum

Ptol. x x x. Normæ autem in nullo situ umbra æqualis est, nisi vbi de quadrante medio, qui est part. x l. v. à finitore, sol radios demittit. vbi autem spaciū hoc maius fuerit, ibi umbra brevior; vbi minus, ibi illa fit longior. Quum' ergo in situ Memphis longius sit hoc spaciū, quod proprius sol à vertice incolarum abscedat: ipsam umbram crebrè incidere in molem pyramidis, cuius processus fastigium æquaret, oportuit. In situ autem indicato, maximè sublimis sol est, distans à vertice incolentiū eā regionem, circiter partibus 6. ^{nam} in hac tota disputatiūcula scrupula exquirenda non putauimus. In æquinoctio igitur, excessit umbra

imbra extra pyramidem: post æquinoctium verum, vel ante autumnale paucis diebus, planiciem lateris oppositæ Aquiloni quasi definiuit: brumæ tempore umbram pyramidis iecit. Hæc quo melius perspicerentur, ~~πιάγραμμα συστηματο~~
 addere placuit. Quod si, ut peregrinatores referunt, ista pyramidis adhuc extat, nunc quoque rem ita se habere dicitur, utrumque potest. sed exponatur ~~πιάγραμμα~~. Sit pyramidos designatio $\alpha \beta \gamma$: & perpendiculum huius $\alpha \delta$. & $\gamma \mu \nu \omega \alpha \delta \gamma$. Describaturque circulus è centro α , interuallo $\alpha \delta$, qui sit $\delta = \zeta \pi \theta \kappa \lambda$. situs iam sumatur regionis in quo $\tau \delta \sigma \varphi \kappa \rho \nu \phi \pi \iota \varsigma$, quod punctum verticis incolentium appellamus, intelligatur ζ : & $\xi \zeta \mu \nu \omega$, quæ est poli seu verticis mundi altitudo. $\pi \alpha \rho \lambda \lambda \alpha \xi \varsigma$ verò id est, discessio æquinoctialis circuli à vertice incolarū æqualis huic α . Solis obliquitas æstiuæ π , hiberna λ . ex his manifesta iam fient cætera. Quum enim ponatur moles pyramidis fastigio æqualis vnicuiuslibet laterum basis, quemadmodum indicat designatio $\alpha \beta \gamma$: producatur linea $\beta \gamma$ continuata directione ad ν : & notentur de diuersis radiis solaribus umbræ; apparebit nimirum sole demittente radios ex θ , quod punctum paululum recedit ab æquinoctio: tum igitur patebit quasi radere umbram planiciem pyramidis expositam, quemadmodum diximus Aquiloni. Demittente autem sole radios ex π , umbra intra illam habebit. quæ si procederet, perueniret ad μ . Demittente verò radios sole ex π , cadet ultra pyramidem umbra ad ξ . Ex λ autem demissis radiis iacietur umbra; ultra pyramidem

midem ad δ , quæ est longissima: si eut breuissima
esset illa, procedens ad μ . Vimbrarum autem ra-
tione exquisita, reperitur $\delta \mu$ pedū circiter LXXX.
itaque intra pyramidem adhæret, quum sit alti-
tudo huius pedum DCCC. Sed $\delta \xi$ erit pedum
CCCCLVII. $\delta \alpha$ verò, pedum circiter DCC.



$\delta \mu$, pedum LXXX. $\delta \gamma$, pedum CCCC. $\delta \xi$, pedum
CCCCLVII. $\delta \alpha$, pedum circiter DCC.

VIII.

Quae figura fuit Anciliorum? An hæc etiam
in Numa. nomen habuerunt ex eo quod esset ἀγνολογ
τὸ χῆμα, secundum Plutarchum? An quod ēπ' ἀγ-
νῶνων gestarentur? An quia ἀνθεν ἀκειλαν καὶ ἀ-
χθηται; An quod auerruncandæ pestilentiae cau-
sa consecrata fuerunt, ἀκέστεως significatio in no-
mine est? nam & Castores sunt appellati ἀνενε,
cōseruatores atq; salutares. Vel in illa lue ἀνανῶς
ἐχόντων τῇ ἀνθρώπῳ, id est, omnibus sollicitis ac per-
turbatis,

rbatis, opem tulerit afflictæ ciuitati ista conse-
cratio. Atque Castores quoque, qui sunt Διόσ-
κεροι, ideo dictos ἀναντας esse aliqui tradididerunt, Plut. Theb.
quod homines τῷ ἀναντῷ ἔχου, id est, solicitudine
de salute ipsorum, sua tutarentur. Et eadem de
causa reges ἀναντας vocatos esse, qui securitatem
præstare deberent vita & incolumitatem fortu-
nis populorum. *Ait vero.* est studium præ-
posterum Græcorum αὐτοῖς ἐξελλήνοις τῷ τῆς
Λατίων; Et sunt reuera ancilia Latino verbo, scu-
ta circumcisæ, ut Iurisconsultus incile dixit, so-
lum nimis incisum, qua aqua manaret. Atque
ita Ouidius,


Dig. nequid
in fl. pub. 3.

Fast.

Idq; ancile vocat quod ab omni parte recisum est,

Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.

Fuit autem figura Anciliorum ea secundum Ha-
licarnasseum, quæ peltæ Thracicæ. ha scilicet e-
runt lunatae Amazonidum peltæ, apud Maronē: En. i.
Plutarchus ait obstitisse sectionem inuolutam,



quo minus es-
sent illæ peltæ seu
parmæ, orbe v-
trimeq; anciso seu
amputato; quam
Plutarchus ἐπε-
μένιον εἰπειδὲς. Sit
orbis tamquam
circulus αβγδε
ζη, è centro η. &
vtrimeque ampu-
tet inuoluta se
cione,

ctione, ne anguli emineant, spatiq; & γ, & ζ
Repræsentabitur itaq; illa figura descripta à Plu-
tarcho, quæ & de antiquis operibus expressa o-
stenditur, quomodo depicta est.



Quidam tamen
proposuerunt de pri-
scis pictis efficti q;
ginibus, figuræ
peltæ Amazoniæ for-
mam talem quan-
dam:

Et Ancilij compressi circuli,
quæ linea includit ouï figuram.



Θ.

ΔIὰ τί οὐ τούτῳ μόνῳ εἰδήσιον ὁ δῆμος πακῆ γένεται ἐπάνω ὑγρα-
θῶσιν, οὐ τῷ αὐτῷ εὐοδμίᾳ Τότε καφεῖ; οὐτοῦ
τὸ ὑγρὸν εἰς ερείσις οὐ τῷ λίνῳ θερμαγνόμενον τῷ ανα-
θυμίασι παρέχει τὸ δυσωδίας αἴσθησιν; οὐτὶ εἰς αὐθαυ-
τὸν αναθυμίασι οὐ τῷ δῆμοις ποιήσιν τὰ ὑγρὰ δημιχέο-
μενον αὔξενρότερον ποιεῖν εἰκός.

I X.

CVr vestium odor, quando illæ humidæ factæ
Clunt, est malus, & florum tunc odor hebeta-
tur?

Q: An humor ille in lanis seu lino calidus factus, sua exhalatione ingrati odoris sensum excitat? In floribus autem istam expirationem boni odoris humore supra illos affuso reddi hebetiorem verisimile est.

I.

Tι ποτεῖς τῶν ὑπὸ λίθων, πρότερον τῇ θερμάξεως ὄρμῃ ὁ ἀπὸ ἐπιπύρημασ, οὐ προνθήρες καγόμυος τῷ λίθῳ δέσποδρανθέντες πάντας μὴν οὐδὲ εἴη ἀν τούτοις ὁ ἔλεγχος. οὐδὲ καταλαβεῖν βούληθεις τὸ γένος μύου, καὶ προσέχων τὸν τε νομὸν καὶ τὰ ὄρματα, νῦν μὴν ὄντας, νῦν οὐ ἔτερως δοκεῖσθαι εἰ μή, καὶ τὸ Θέοντα, ἐμὲν γνώμην ἔξαπλωσιν, οὐδὲ τὰ φανταζόμενα, οὐ καὶ τὸ τοῦ ὄψεως τε καὶ σχετικὰς αἰδενές.

X.

Quid est quod ignem ex collisione inter se lapidis producit? Vtrum aer impetu collisionis accensus, an vero scintillæ à lapidis refractæ? Verissimum quod hac in parte est, id omnino experientia comprobabit. Qui tamen hoc quod fieri tum soleret, voluerit, & tamen animo quam oculis diligenter attenderit, is iam in hac, iam in alia versabitur opinione, nisi vel ea quæ imaginatio apprehendit, vel etiam visus ac mentis debilitas, meum animum, secundum Theognidem, fallant.

I S ΔΕΚ

40935

A.



Ια... πῷ πανσελινῷ ὁ ἀπὸ ὧς δηπόπολὺ^{τον}
ψυχρότερος, εὐθὺς ταῖς σιωδοῖς ἀγρεμοῖς σφύ-
δρότερος. Σερβίων φῶς τοῦ ἔστι
θερμαντικὸν, ἀλλὰ ψυκτικὸν καὶ υγραντικόν;
συμπ. γ. ε. οὐθὲν καὶ οἱ κοιμιθέτες οὐδὲ οὐ σελινίου μόλις ἐξανισα-
ται, οἷς ἔμπλοισι καὶ ναρκωδεῖς ταῖς αἰθίσεσι ψυχρόμενοι.
τὸ δὲ ψυκτικὸν εὐθὺς τοντόν λέγεται οὐθὲν οὐδὲ, οἷς αὖτε οὐ-
φωτὸς οἰκεῖον οὐκεὶς οὐδὲ οὐ ψυρωδεῖς οὐ αἰθερώδεις οὐσίας
τὸ ψυχρόν, ἀλλὰ ὡς τὸ σελινίνης εἰς τὸ ψεινιάνθες αἴρος κα-
θάπερ τὸ οὐαύσεως ὑλεῖν τὸ θερμὸν καὶ υγρὸν ἐφ' ἑαυτὸν
ἐλιπόντος, καὶ ἀναλώσοις μὲν τὸ θερμὸν μᾶλλον, τὸ δὲ υγρὸν
παλαινὸν διποδιδέσσοις, δι' εἰς τοντός τὴν ρέουσιν καὶ τὰ κρέα οὐδὲ
σελινίου σίπεται (άχιον), καὶ τὰ οὐδὲ τοντός πανσελινοίς τυπ-
θέντα ξύλα, σκωληκόβραχτε τούτοις, καὶ πρὸς τούτοις τεκτίων
διποδομάται. οἱ δὲ Τανεῖται, τῇ ἐβδόμῃ καλλιεῖσθαι, μιχο-
θημένις τούτο τὸ σελινίνης, καὶ μετριαζόντος πρὸς τε τοῦ
θερμοῦ ἐφολκεῖν (καὶ συμβεβηκός ψυξινὸν αἴρος, καὶ
πρὸς τοῦ διποδιδόμενος υγρασίας υπερβολεῖν. καύπερ
ἐπανυμένης, ἢ καλινθέτερον εἰπεῖν, οὐ φεγομένης καὶ τὸ τε-
τράδιον, οὐτενὶς οὐ σελινίνη δημοφίλης εἶται τοι-
χάνη. διὸ Κλέλεκτος)

Procl. in

Hesi. ημέρες.

τετράδιοι κάρος ἔφερον, καὶ εἴποτε πάγκακος ἔσαι.

πορφυρόδεδος δὲ ψυχρέθλιος οὐ τετράδιος τε Ερμῆς καὶ τὸ Ήρα-
κλέος, διγονικοῦν καὶ υπηρετικοῦν ψευδότερην ἀμφοῖν. τὸ δὲ
Ἀπόλλωνα μυθεύεται τεχθεῖσα τῇ εβδόμῃ, ἀνατά τοῦ δι-
φού καὶ θαυματὸν καὶ πάντα. πάντως δὲ αἱ τὸ σελινίνης
αὐγαὶ αἰλινοεῖδεις καὶ οὖν πόροι τοῦ εἰσιν, ἀλλὰ αἰματεῖς

εἰ καὶ μαλακὴ, ὅθεν καὶ οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ τινῶν τὸ πάλαι εἴ-
ριζε,

- μέλας γὰρ αὐτῆς καὶ πεπάγει βότρυς.

λυμαίνεται ἡ τοῖς καθεύδεσι μᾶλλον ἡ πληθωρή λίωσις, ὅτι
καὶ τὸ υπνον ἐνθόθι σωκαρφοῖται τῷ πάλαι πάλαι αρδίαν τὸ σύμμε-
ρον θερμὸν, ὥστε τὰ ἀπωτέρω μὲν τοῦ χρέους, καθ' αὐ-
τὰς τε ἀμενινότερα καὶ ἀποτέλεσματα πρὸς τὸ δοποκράσσει τὰ
θηισέρονται καὶ λαβεῖν. παυτὸν εἰπεῖν τὸν πάλαι πάλαι
νάζεται θερμότητα καὶ δραστήρεις σύνεργοιν τούτοις, τὰς
ὑπερτάτες θερμάτων καθεύδεσι τοῖς εκλιματίσι συμβαίνει, ἀ-
ποιώτων μάλιστα τῷ πάλαι τὸ ἔπειρον. εἴπει δέ ἀντικαὶ
ἰδίοτεροπόντιον τοῖς καὶ τὸ σεληνιακὸν φῶς, διότι πρὸς πε-
ριόδους αὐτῆς καὶ νόσοις τινας δύναμις καταλαμβανομένης
τομεῖ, καὶ σεληνιακούμενος καλέσθει. τῷ πάλαι τάτων οἷων ἀλισ-
σεν τῷ νυκτὶ τῷ. ὅτι δέ τοισι τοῖς αἰσιώδεσι τούτοις καὶ
πολυνάγεμοι, πάλιν αἰτίαις ἔχοις ἀν δοποδοιῶν τούτοις πρόχειρον α-
στρολόγος ἀνήρ, τὸ τούτοις, διότι Ερινεοῦ ἐπονομάζεσσιν,
ασέρα δέ τις συνδραμεῖται τῷ πάλαι, τότε τούτῳ σεληνῇ π-
τοι σωπόμενον ἡ δοπορρέονται καὶ ἄμα σύνοπτα οὐκε-
δεῖ. δέ τοισι τοῖς αἰνέμαν παντούσιοις.

Versus Io-
nis Plut.

I.

QUARE AER plena luna plerumq; frigidior est,
& interlunij temporibus venti vehemen-
tiores excitantur? An lumen lunæ frigus & humi-
ditatem, non caliditatem efficere potest? & pro-
pterea illi qui sub luna somnum cepерunt, tam-
quam attoniti, & stupore omnium sensuum cor-
repti, vix exsuscitari possunt. Quam verò dici-
mus lunam frigefacere, non intelligendum hoc
eius luminis nos tamquam propriæ ipsius naturæ
attribuere: ignis enim non frigus efficit, sed quia
luna

luna ex appropinquante aëre, veluti incensioni materiam, calidum nimirum & humidum ad seipsam attrahit, & caliditate consumpta, humiditatem rursum ex se remittit: cuius etiam ob fluxum celerius carnes quæ sub luna relictae fuere, putrescent, & na plena luna secta, vermibus eroduntur, & à fatis reiiciuntur. Partus autem qui incidunt in secundum lumen, optimi habentur, quum eo tempore globus huius quasi medius dissectus videatur, & medio modo se habeat, cum ad calidi attractionem, tum refrigerationem, que extrinsecus fortuitò accedit, aëris, tum excessum humiditatis, quam rursum à se remittit. quamuis laudetur etiam, vel, ut verius dicam, non vituperetur quarta, quum luna aperte iam cornua habet. ideoque traditum est:

Progenitus quarta, nunquam est penitus malus infans.

Atque referunt tempus natale Mercurij & Herculis incidisse in quartam, quum quidem uterque seruus & minister aliorum fuerit: Apollinem vero tradunt fabulae septima in lucem editum, regem ac sapientem & in omnibus admirandum. Lunæ autem splendor radios nullos proicit, nec citò penetrat, sed debilis est & mollis, unde poëta etiam quispiam veterum dixit,

Matura non fit via ab illis nigricans.

Potissimum vero dormientibus lumen plenius lunæ graue est, nam in somno calor innatus circum cor intus cumulatur, & ita per se membra remotiora, debiliora, & ad repellendum noxia, infirmiora redduntur, sicuti contraria euenit, ut

prop

ropter nimiam caliditatē & efficacem vim quæ
in croco est, eorū qui super plenos huius fäccos
dormiunt, vires plañe rēsoluantur, ac p̄cipue
cerebri partes langueāt. Poterit tamen & in illis
quæ ob lunæ fluit lumen, singular quēdam na-
tura inessc, quim nonnullos sūndūm huius
cōversiones grauibus & atro ibus morbis, quos
vocant lunaticos, c. us. Verūm de his
in præsentia satis. Quod autem interlunia fint
turbulenta & crebros commoueant ventos, eius
rei causam aristologiæ peritus facile reddet, stel-
lam scilicet illam, quem Mercurium appellant,
solis ferè perpetuum comitem, tunc ad lunam ac-
cedentem, aut iterum recedētem, aut etiam cum
ea coēuntem consociari. stella autem hæc ven-
tos concitare putatur.

B.

Tις καὶ ὅπει λέων ὁ βαρμός, δὲν κεράτωνα καὶ κερατίνης φρο-
νηδρεύει; οὐ φανερὸν μὲν ὅτι εἰ Δίλω λέων, Καὶ δὴ καὶ τεῦ-
χος, ὅτι ἐμι κεράτων σινώρμοσος; Σιτίσθε δήλως ἀντίς, δὲ
λέων ἀρ' αἴτιαν ἔξ εὐτονύμων πηγῶν αὐτιστρῶν ἀπάντων κα-
τεσκευασο, ὥσπερ ισόρησεν ὁ Πλάταρχος. Καὶ δέξθετεν ἀν-
τὸ εὐθύμημα τοῦ ὑπτίως ἀκείκον σινώρμενων γελονέναις οἰω-
νισκόν τε τῷ ἀγαθῷ Καὶ δόσις ἔξ ὀνόματος γε τὸ αὐτιστρὸν Καὶ
εὐώνυμον, τῷ βελτίονος καὶ συμφέροντος καὶ χαροποιεῖσθαι
εἰν παρέχει. ὅτι δέ τοι πάλαι τὸ φύμας καὶ τοῦ κληδόνων
αὖτε πλείστη ποτοσάμενος ἐπετήρην απειδηγότεται, ἀλινωσον
χειδὸν ἀδενί.

II.

Quæ fuit & ubi locorum ara, quam vocarunt
Corneam? An certum est, fuisse eam in in-
sula

sula Delo, nec illud quoque dubium, ex cornibus compositam. Sed quarti ab aliquo poterit qua de causa tota fuerit cōstructa ex sinistris cornibus? Quemadmodum hoc Plutarchus memoria prodidi. Et venire in mentem alicui posset, eos qui ad eum modum illam composuerunt, auspiciū quodā n bonum & religiosum animo suo concepī. Instrum quum aliquid nominatur, indicat id quod melius est, & conduceatque gratiam affert. Nemo autem omnium fermè ignorat, plurimi fecisse veteres omnia ac diuinationes, ac obseruasse hæc summopere.

Γ.

TΙ νούσατες ἔφασάν τοις, τὰ ἐφθάμηποπλᾶν δεῖν μή τ' ἐφένθιν; ουμφωνεῖ ὁ τύπος τῷ Θρυλημένῳ, φεύχοντι, ρυθμίαι δὲ πάτερες αὐτέχνει, καὶ γυμνὸς κακοῦ, τροφῆς διέφθιε. ήτο μόνον τὸ τέφρεψεως, καθάπερ εἰρηνεῖαι τὸ Αεισοτέλη ὁ Διπνοοφιστῆς λέγει, ἀγάλυσιν ἔχειν δοκεῖ τὸ βελτίονος, ἀλλὰ καὶ τὸ τέποπλίσεως τελεός οὗτος ἀφανάγνων καὶ αλίσαντες τοιῶν τὰ ὄπτω σκευαζόμενα. οὐδὲ ἀλιθεῖς τὸ ιώδε τὸ Διπνοοφιστῆς προστεθεν, οὐτε ξηρότερα τὸ ἐφθῶν τὰ ὄπτα, εἰ μή τις τὸ τῇ καύσει ἀπλιθρακωμένου βύλοισι ὅπτον καλεῖν. οὐδὲ τὸ ἔξωθεν οὔρευς ἐφελκούσει οὐδὲ μυριστὸν οὔρεσίαν, ἀραιότερά τε καὶ χαυκότερα τοιῶν τὰ σειρούμενα τῇ κενώσῃ αὐτῆς, πάντως τὰ ἐφθάμηποπλᾶν ξηρότερα οὐδὲ ὁμολογητέον. τύπος δὲ τῶν ἔχειν ὡς περ εἴπομεν, τεμνίεσσιν ἀνθύμοισι, οὐτε κρεῶν τινῶν οὔρεστερῶν ὑπαρχόπλων καὶ μετῶν σέασις η πιμελῆς, τὰ δὲφθα εἰδομένην εἴωθεν. οὕτως ὁ τὰ τείχια δεῖ καὶ βόδα καὶ οὐδεὶς μέσα τοις ἀφαρεθεῖσι τὸ δέρματες εἰς τροφὴν σκευασθεῖσι. οὐδὲν

εν αἱ πέρυσι καὶ οἱ πετεσῶντες ιμιεφθοις θεράπονται εἰς τὰ ἐψη-
δέντες ὅπῃ τὸ ικανόν, δοκεῖσθαι μάλιστα ἔτι εἰς βρώσιν ὅπῃ
τῆδεσ. Καὶ ἐπήνεστε τοις τῷ πάλαι ποιητῇδι, ὑλοκύμης
πελεῖδας θεραπεύεται, καὶ δίεφθαρε πάρεπεται.

III.

Quia consideratione olim luxerūt, cocta non
iterū esse vel a mortuis coquēda? cum quo
dictum perulgatum illud contentit, quo opta-
re homines solent, ut liberentur ab imperito
medico, & mala mulière, ac cibo recocto. An
non tantū nimia coctio, sicut Aristotelem tra-
didisse Dipnosophistes refert, videtur resoluere
meliorem partem, verum etiam assatio iterata?
quaē hoc modo parata omnia exsiccat & quasi
mortua reddit. Nam verum esse nequit, quod
Dipnosophistes hoc loco addidit, assa esse coctis
sicciora, nisi quis ea quaē combustionē in carbo-
nes conuertuntur. Assa nominare velit. Quia
enim ab humiditate externa humor insitus ex-
trahitur, & facit ut ad huius decessum & priua-
tionem partes rariores & laxiores fiant, omnino
cocta esse etiam sicciora fatendum. Hocque ita
ut ostendimus se habere, argumento est, quod
carnes quædam quibus plus humiditatis inest,
quaēq; plenae pingui & adipe sunt, recoctæ gra-
tiores esse soleant, quales sunt bubulæ, & suillæ,
& quæcumq; membra non ablata cute in cibum
parantur. vnde quoque pernæ & petasones se-
micocti primū, deinde percocti, maximè esui
sunt idonei. Et laudauit ex veteribus poëtis qui-
dam integra femora quam mollissima, & reco-

cta

Et a crocolia, quæ sunt pedum extrema.

III. I.

Quare magis quasi ferit sensum calor in summa aqua & similiter frigus? itaque demergentibus sese in calidam inferius calor remissior, & similiter demergentibus se in frigidam regnissius frigus videtur. Ne calida manifestum est, vaporem exiitare de feroore, & ideo in summa illa calorem maximè sentiri? De frigida autem haud scio an eodem modo dici possit, quū nullo modo hæc quoque caloris penitus expersit, etiam eū in summa aqua frigida sentiri potissimum. Esse autem aquæ etiam admistum calorem differuit Balbus Stoicus cōpiosè in 11. de natura Deor. An verò in his quæ retulimus fallitur sensus, & in calidam pariter atq; frigidam demersis, tā calor quam frigus, principio insuetū magisq; molestum est & sensum vellementiū percellit, commorantibus autem diutiū ambo fiunt consuetudine tolerabiliora? Quæ autem initio sæpe ferri nullo modo posse existimantur, tempore & vsu redduntur faciliora. Itaque & in morbis, & paupertate & cæteris ærumnis omnique in miseria cernuntur ii durare, quos nihil omnium illorum malorum, antequam aduenirent, se perpeti posse affirmare audimus.

V.

Quare in calida aqua demerso membro, post vehementiorem frictionem sentitur quidam frigoris? An foramina in cute, quos Græci *poros*

res vocant, fricando aperiuntur, & interioris carnis vapor erumpens, subtilitate spirituum discutit circumfusam calidam aquam spissiorem? An quum alliciatur exteriore calido interius, & fricando patefiant viæ quæ hoc exerebantur, ita fortuitò fit, id est καὶ συμβεβηκὲς, ut refractari illæ partes quadammodo sentiantur? Cædemadmodum & ardor mētrorum m. hæc vino, in quo certè caloris vis inest, madefiant.

Διὰ τὸ οἱ πάλαι ἡ φυσικῶν μέσον θεῶν ἀγαθωτότες, καὶ μάλιστα ἡ Ἀπόλλωνος καὶ Ήρμοῦ τοῦτον πάσον ἔθνεσιν δοτοθεσθένταν, ὅργανα μισθικά, ὅτι λύραν καὶ πιθάραν παροւσικαν; ἢ θεῶν τοῦτον ἀγαθῶν αἵτουν ἡγεμονίαν, καὶ εἰδὲν τοῦτον ἀριστον τὴν εὐθυμίας δικλοῦν ἔθελοντες; τὸ δὲ μισθικόν εἰδικενεσάτη καὶ πιθαρωτέτη τὸ τέρψις, καὶ ἀκέρας ὅτι μάλιστα καὶ συνδῆται αἵτια οὐδὲν. Ητούτοις ἀγαθαλματοποοῖς οἱ πάλαι θεολόγοι, ἀρχαρότατοι φιλόσοφοι γεγονότες, παρέδωκαν; ἀλληλοροῦσθες τὰς ἄρμονικαν καὶ τὸ σύμφωνον καὶ εὐτελεῖν ἔργον τοῦτον θεῶν, καὶ διδάσκοντες δέ τοι τάτων πανδίζοντες, καὶ τὸ ξωόδημα ἐκάστην ψυχὴν τῷ ἑμέλθαν τε καὶ ἄρμονικαν αἵτις πιρῆσαι. Καὶ τὰ φυσικὰ τούτοις πατέρες ἔχοντες; ἀπαντά τοῦ ἑμέτρων καὶ συμφώνως θεωροῦμεν τὸν πόμπεαν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀφεὶς γνήσιος ἀμα καὶ φύσιος τοῦτον παρτῶν τε καὶ ζώων, περέ τε μετεολας ὥραι, μέτεταλμένα πρὸς σωτηρίαν γένεται οἴστε. Ὅτε δέ τοι τὸ γνήσιον ἐπιεύαρμοσθέτη λύρα συμμετείαν ἴστιν τοῦτον λόγων ἐν τούτοις πρὸς ἄλληλα μίκησι καὶ τάχεσιν, καὶ ἀκείδεσσι σώζεσθαι ὄμοισιν ἐν τῷ ζυγῷ καὶ τούτοις πολλάδοις, τῇ ἐν τῷ πάντι θείᾳ εὐμενίᾳ, καὶ ὄμοιοις ἐν ἐπείγοντι ἐγκεραμένῃ, καὶ σταματεύσῃ αὐτοῖς καὶ ἀπορριπταῖς.

V. I.

Quare prisci simulacris falorum deorum, potissimum Apollinis & Mercurij, quos ferè ubique gentium pro diuis coluerunt, instrumenta musica, v. lyram & citharam attribuerunt? An voluerunt ostendere se statuere Deum auctorem esse bonorum omnium, & nullum ex his benignis, animi tranquilli? Ceterius aut præstantius? musicæ verò oblectationes maximè sunt sinceræ & puræ; & voluptas in primis huius est laudabilis ac omni studio digna. An verò veterum Theologi, qui antiquissimi Philosophi fuerunt, tale quiddam statuariis præceperunt? quo significare voluerunt, proprium opus Dei esse harmoniam & concinnitatem ac ordinis conseruationem, & innuere studuerunt, hoc exemplo vnam quamq; animam debere etiam sui ipsius concentum & harmoniam diligenter custodire. An illis notis doctrinam quoque de natura explicarunt? Vniuersa enim in hoc mundo tam ortu quam interitu fructuum & animalium omnium, ordine & concinnitate maximè fieri cernimus: Itemque permutationes quatuor anni temporum, hac ratione ordinatae & constitutæ sunt, ad conseruationem & salutem vniuersitatisq; generis. vt etiam tam æqualis conuenientia rationum in productione & celeritate inter se lyrae maximè concinnæ, aut tam exquisita consensio in iugo, & in claviculis fidium, quam qui est in vniuersitatis huius corpore diuinus concentus, concordiaq; contemperata continuoq; permanens & immutabiliter, seruetur nunquam.

Tigris

Γίνεται ομεῖα τῆς ασπίδων πολὺ τοῖς παλαιοῖς; ἢ
ἢ οὐ δέρα τινες; οὐτοὶ οὐδὲν δὴ δῆλον ἐστι τὸ Εὔεπιδε
φοινικῶν, εὐαγέστερος καὶ ἄργος καὶ γίγαντος, καὶ
ἄλλ' ἀπό της αποτυπωθέντα δὴ τὸ πήγματος πολιδών κατα-
λέγεται. οὐδὲ Αἰμφιάρας προσάγει τὴν ομεῖαν ἔχων
ὑπερομένην ἀλλὰ σωφρόνως ἀπομεινάντα πλα.

καὶ παρὸτι Αἰδηύλῳ ὃ τὸ τέλος τοῦ πολιτεύουσαν πολιτεύεται
ἀπειλεῖται. οὐδὲ Πλάτωνος φησι, τὸ Οὐδοντίας ασπίδα πότερα τὸ
δοστέπιον μὲν δελφίς, καὶ ἐπ' Ἀλκιβιάδεας ασπίδος ὅπερ νοεῖται
χρυσοτία καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασθείσας ἐπίσημον Γερμανὸν
ἰσορίαν. Ἐρωτικὸν πληκτικόνεστι οὐτοὶ τὸ τέλοντα οὐδὲν κατα-
τὰ ομεῖα, τὰ ἀρκτικὰ τὸ οὐρόματος ἵπατων χράμματα, οὐδὲ
ροτὶ Εὐσάβιος, λέγων οὐτὶ λαβαράτημον ἡγεμόνον οἱ Λασιθιανοί,
κιδαμμόνιος εἰς τὰς ασπίδας, Μεσσηνίας τὸ πλινθόχωρος λόγος.
αὐτῷ, Μ. ζηταῖ τε μάρτιον Εύπολιδει εἰπόντες, ἐξε-

πλάγιων ιδών σιλεοντα τὰ λάμπεα. οὐδὲ Ξενοφῶν ἐμφαζει
νει οὐτὶ Σιντούτη τὰ λάμπεα. οὐδὲ Σενοφῶν ἐμφαζει
φθέρμασί φησι λάπινα τινα δηπτυχάφατο καὶ μῆταν, ὅπω μι-
κρὰν ὡς δέκα τὸ ζωύφιον. τοῦτο δεδειμάκαστο δέ τενες οὐτοὶ τὸ
Μανιλινέας ιερᾶς δόσης Ποσθδῶνος, οἱ Μανιλινέας εἶχον ἐπί-
σημον τὸν τοῖς ασπίσι τὸ Ποσθδῶνος τρισδοντα. δητὸν τὸ
τὸ Αἴγιομένης τὸ Μεσσηνίας ασπίδος ἀνακυμένης εἰς Λε-
βαδεία, ἐπίσημα οἱ Παυσανίας αὐτὸν κατειδεῖν ἡγανθει, α-
ιτούν τὰ πλευρὰ ἐκατέρωθεν ἐκτετακότες εἰς ακράντην τὴν ἴτια.
εἰ δὲ Καρπεῖσιν οἱ κατεδέξατες, ὡς Ηρόδοτος φησιν, θά-
τὰς ασπίδας τὰ ομεῖα ποιεῖσθε, δηπορήσεν ἀν τις ἔσως,
τίνα τὰ ιπρωτὰ ομεῖα ἔχεισθε. καὶ ἀρέσκει δή τισ, τοῖς
παρὸ Όμηρω ιπρώων γνωστομάται, οὐδὲν από τινων εἰκόνων γε-
γνωσθεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ οπλιστεως καὶ ἀρμηλατείας ὥσπερ καὶ
Πάνδαρός φησι, περὶ Διομίδεας,

ποιεῖσθε γνώσκων αὐλώπιδει τε τριφαλείῃ

ίππιας τ' εἰςορόων. —

ὅτι ὥστης τῷ θεῷ καὶ τῶν συντάκτων δοκεῖ αὐτὸς, τῇ μά-
δι φρονθεὶς ἀνα πινακίν εἴτα λαμπτοράν καὶ γεγανωμένην
καὶ φωτιζομένην συχνοῖς αἰσφοροῦσι φάλοις, ὡςτε καὶ τω-
ρὸς φαντασία. παρέχειν τοῖς φροντιστούσιν. ὅθεν ὄρμη-
θεντές πινες τῷ μετρητῷ, υπέλαβον ἐνταῦθα καθ-
πτρικού τυπα ἐπίν τοις ἀνθεδεῖχθαι, λαὶ ἐμεμιχθέντες ὁ
Διομήδης, ὡςτε τοις μετρητοῖς ἐμπου-
ρᾶθε, δῆλον μεταγένετος φροντούσιν ὁ καὶ, καθά-
περ λέγεται, μετρητάμενος ὑπερον Αἴθερίος τις γείγων πο-
ντρὸν, εἴτα κατεράπλων ἐξεφύσιον, ὡςτε ἐπεινοὶ μα-
κράν τοις ἀπ' ἀπέ τοις ἐξοικησαν. Ισορεῖται τῷ θεῷ καὶ ὑπὲρ Εὐ-
σταθίου εἰς τὸν εἴραφωδίαν. ισόρησε δὲ ὁ Παυλανίας τῷ
φρώτῳ τῷ Ηλιακῷν, ὅτι ἐν ὅλη πιάς ποτε δὴ τῷ ΦΑίλα-
μέριονος ἀστίδι ἐπιλι Φόβος ἔχων τὸν κεφαλινὸν λεοντός.
ἐπιθηματίᾳ τῷ ΦΑίλομενός ἀστίδι λαΐ ἀλεκτρύων. καὶ αἱ-
τιολογήμενός φυσι, ὅτι γάρ οὐ τῷ Ιδομενεῖ δὴτοι ηλίῳ τῷ ΦΑί-
Πασιφάνης πατρός. ηλίῳ τῷ ιερόν πασιν ἔτι τῷ ὄρνεθα, καὶ αἱ-
γέλλειν ἀνένεαν μέλλοντες τῷ ηλίῳ. ὡς ἐν φροντίκης τῷ
μέρει εὐκαίρως ἀν οἷμα τριθεῖν ἐνταῦθοις καὶ τούτῳ ὅτι τῷ
παλαιῷ τοις φιλόλιμως ἐστοιδάκιστοι φέρει καλλωπισμὸν
τῷ ἀστίδιον. καθάπερ οὐδὲ εἴπομεν, ὅτι οὐ τῷ Αλκιβίᾳ
ἢ τῷ φειργῷς ὃν γενούν καὶ ἐλέφαντες κατεσκεύαστο. εἴτα καὶ
τὸν Νικίν τοις φειργάσαισι παρφύρα φρὸς γενούν συμμε-
μιγμένη μιαπεποιήθαι, ὡςπερ ὁ Πλάτωνος μιηγότες εἰ-
πει τοῖς Δαρμονίας Σωματάτες. καὶ ἐξεστι φέρει τῷ λαμά-
χῳ ἴστολαβεῖν, ὅτι φέρει τῇ τε ψλῃ καὶ τέχην ἐξεργά-
το, ὃν τῷ Αἰειοφανέστων σωματάτοιν, ἐν οἷς φυσι. Γοργό-
νιν τοὺς ἀστίδος κύκλον, Γοργόνος διπλαδὸν ἐν σκείνῃ ἐξεργά-
τον.

Qualia

VII. Insignia in scutis

Qvalia signa veteres in suis scutis habuerunt,
Quoniam habuerunt illi quidem aliqua? Quod sanè
signa usurpauerint, patet ex Phoenissis Euripidis,
in quibus exuuias leonis, & Argon & gigantem
atque alia nonnulla in scutis de expressa sunt
se perhibetur. Amphiaraus item producitur,

-non gerens.

Arma petulanter, sed modesta pene non. Et ab Elchylo, qualia septem ductores ad Thebas signa habuerint, recusat. Plutarchus etiam scribit, Vlyssis scutum delphini effigie fuisse significantum, & Alcibiadis ex auro & ebore fabrefactum, signum Amoris fleetens fulmen præ se tulisse narrant. Quodam loco Eustathius expavit singularium gentium propria signa fuisse literas primas, à quibus vniuersi nomen inciperet. ita Lacedemones L pro insigni expressisse, Messenios verò & vicinos eorum, M. Atque utitur Eupolide teste, qui fecerat attonitum obstupuisse, posteaquam nitens L A M B D A esset intutus. Xenophō autem ostendit S Sicyoniorum signum fuisse. & Plutarchus in dictis clarorum viatorum, scribit Spartiatam quedam muscam tam exilem quam est per se istud animalculum, appendi curasse. Alij tradideront Mantinenses ideo quod Mantinea Neptuno sacra haberetur, usurpare pro signo in suis scutis Neptunit Tridentem, atque Pausanias affirmat seipsum adhuc conspexisse in scuto luspendo in Lebadia Aristomenis Messenij insigne Aquilæ expandentis utrimque ad extrellum ambitum alas suas. Quod si Cares

K 3 fint

sint qui in scutis, ut Herodotus dixit, signa faci
admirerint, dubitet quispiam qualia heroica si-
gna extiterint, & placet sane quibusdam heroës
apud Homérum se agnouisse, non de quibus-
dam imagi bus, sed ex armorum genere & cur-
ribus. Vnde Pandarus de Diomede inquit,

Illum cristataq[ue] ascutoque notabam.

Afficiens &c.

Hoc etiam & ipse Poëta videtur innuere, qui scu-
to addidit galeam capiti impositam tam splendi-
dam & politam, atq[ue] crebris stellulis in crista il-
lustrem, ut intuentes existimarent se ignem vi-
dere. Quibus moti fuere nonnulli Geometræ, &
putarunt speculorum quoddam inuentum Dio-
medis fabrica indicatum esse, ut visus eorum que
intueantur, ita inflammentur, quemadmodum eo-
rum qui aduersus solem se conuertunt. quod, ut
proditū est, quidam Anthemius postea studens
imitari, vicinum suum hominem improbum &
malum, ita splendore tali perstrinxit, ut ille ex-
territus procul ab eo alium in locum migrarit.

Narratur verò hoc ab Eustathio quoque in
commentariis quintæ Rhapsodiae. Sed Pau-
sanias in primo Heliacorum tradit, fuisse olim
in vrbe Olympia scutum Agamemnonis, effigie
Timoris leoninum caput habentis insignitum.
Idomenei verò scutum, pro insigni gallum ha-
buisse: & rationem addit, quod genus duxerit
Idomeneus à Sole patre Pasiphaës. Soli autem
sacram hanc auem esse perhibent, & nunciare
Solem oriturum. Utq[ue] hoc addam, opportu-
nè hæc dici posse hoc in loco arbitror, quod ali-
qui

i ex veteribus honoris studio in scutorum or-
amentis diligentiam adhibuerint. Quemad-
modum ergo diximus Alcibiadem suum ex au-
ro & elephanto exquisitè fabricari curasse : ita
eum, qui Nicias fuit, auro immixta urypura va-
riegatum extitisse prodiderunt. Plutarchus
refert in Socratis Daemonio. F quod Lamachus
habuit, nimis tam ma rtificio elabora-
tum fuisse facile colligitur ex Antiphonis cauil-
lis, quum ait: *Gorgone insignem ambiculum feci: depi*
eta nimirum in illo Gorgone.

VIII.

Quare, quum cupiditas vna pars sit animi,
Amantes, quorum venereæ sunt cupidita-
tes, & auari qui pecuniae cumulandæ student, di-
uerso modo affici solent? Nam amantes inepti
sunt & leues atque nihil: In auaris grauitas est
& honesti illi videntur, & virti boni nominan-
tur. Sunt ne. xates differentiæ caussa, quum
ferè iuuenes amot, & senes augendæ rei ope-
ram dare soleant? Nam senex amator, abhorrens
& monstrosa res videtur: & iuuenis auarus simi-
liter quasi modum naturæ non seruat; secundum
quem, præter alia, est, vt ait Horatius,

Virilium tardus prouisor, prodigus æris.
An tam efficiendi in his ratio, quām finis dis-
crimina maxima habet? Nam in parienda re cum
singulari consideratione, tum prudente consilio
opus est: & ad dignitatem vel parandam, vel au-
gendam tendamque, (quia tanti, quantum ha-
beas, sis, vt idem Horatius inquit) vel certè ad

K 4 neces

necessaria tempora, prospiciente sibi cura humi-
na ne aliquando in egestate viuendum sit, ope-
& diuitiae expetuntur: quod sit ut cum auaritia con-
iungatur sordida quoque parsimonia. Amantum
autem ratio vel nulla est, vel est futilis & incerta

Eunuch.

atque ridicula ut illius, *Ego ne illam? quae illum,*
Pseud. *quae me.* Et eius qui drachmam petit mutua quaecumque
postero die reddit estim velle emere, se
ut suspendat: *Imagis demens ille in Cistellaria,*
sed his imaginibus comediae sunt refertae itaque;
hoc genus animo est omisso, & suauia in praesen-
tia quae sunt, prima habet, neque consulit in lon-

Heaut.

gitudinem, ut ait Terentius. potiri enim volunt
amoribus suis & voluptate ea consuetudinis iu-
cundè frui, quae quoniam non durat neque est
cotinua, eo sit, ut appetitio semper in motu sit &
fluctuerit. quo in errore perturbationeque animi
nihil consilij confistere potest, neque quicquam
verae constantisque rationis miri ac capi. Quod si
quando accedit ut in aetate quoque iuuenili sit di-
ligentia ac parsimonia, omnino tum abest incita-
tio cupidinis, neque amant tales, neque ullis vo-
luptatibus indulgent. Quemadmodum contraria
qui his rebus student, negligentes sunt profusique
& dissoluti. Neque alienum fuerit in his spe-
ctare & constitutionem vtriusque generis natu-
ralem, & temperamentum humorum. Nam at-
tentati ad rem, diligentes, parci, auari, in corpore
plus habent bilis atræ & pituitæ; voluptatibus
dediti & vehementi, plus sanguinis calidi & vapo-
res ardenteres. An vero id rectissime dici
possit, quod ad cupiditatis pravae vitium attineat,
esse

Se pariter leues, ineptos, ridiculos ambos? Vbi enim tam amentis iuuenis exemplum propositum cernitur, quam est deliri illius senis in Aulularia? Et profecto Horatiana illa auari pictura aliquid deformius fieri nequeat,

- quem neque feruidus

dimoueat lucro, neque hierr agnis, mare, ferrum.
Hunc Tantulum eti. ita ille ait, qui furentia semper captet flumina. tant autem similes picturę passim in poëtis: quin etiam in odio omnium, & detestabilis maximè est auaritia: quum amor vel misericordiæ veniam inueniat, vel seueritate castigationis coercentur: Avarum autem neque admittere monitionem, neq; miseratione dignum quisquam putat, cui accini soleat potius ab omnibus Plautinum istud,

Trinum.

Quod habes ne habcas, & illud quod nunc non habes, habcas malum.

I X.

Cur humor in vase argēto circumdato hoc frigidis frigescit celerrimè & vehementissimè, similiterque circumdato calidis, calescit? An, quemadmodū Proclus scripsit, tenuē est argen-
tum atque subtile, neque tam solidum quam au-
rum, sed vias habet, quos Græci poros vocant, pa-
tentiores, itaque tam calor quam frigus facile
penetrare potest, & ideo inficitur quoque ac la-
be quasi æruginis aspergitur. atque hoc indicio
est, esse argentum per se quoque frigidum; fri-
gida autem etiam calefacta, magis calent. Sanè
constat si vagina appingatur argentum, quod

K § more

in Hesiod.

more his temporibus sit, ea parte ferramentum
labefieri potissimum & ferrugine corrupti.

Iam Hesiodus argenteum seculum adscripsit
Saturno, fecitq; ociosum & iners, quæ ad frigus
omnino pertinet. Qui singula metalla quibus-
dam sideribus oria dicarunt, ij argentum Lu-
næ assignant: quæ certè neque siccitatis, neq;
zestus efficientem.

X.

Quæ de caussa eorum siderum, quæ errantia
vocantur, nomina diebus septenis, singu-
lis singula imposita fuisse credendum? Neque
Græci neque Latini veteres illis nominibus dies
distinxerunt, sed labefactato demum statu orbis
terrarum, & euersis confusisq; imperiis, hoc fie-
ri cœptum. Putatur autem usurpatum primū
esse ab Ægyptiis. Cognitum quidem sic placuit,
ut cupidissimè arriperetur à gentibus vniuersis.

- Lib. 37. Dion ordinis nominum duas rationes reddit: v-
nam distributionis harmonicae, secundum σύση-
μα seu concentum σύγ. τετράπορ., qui est λόγος ἐπί-
τριτος, seu ratio tertia parte maior, ut quatuor ad
tria. Hæc totius Musice fontes & vim & integritatem
continere existimatur. Isto sanè modo no-
mina siderum eos, quibus assignati sunt, dies
comprehendent. Exponantur ordine sidera, i
H, 2 W, 3 ♂, 4 ☽, 5 ♀, 6 ♀, 7 ☽. Et tribua-
tur prima dies H. Erit igitur ternarium supe-
rans ☽, & huius Saturni diem dies proximè se-
quens: huncq; rursus Lunæ, & mox Martis; &
pariter ceteri à priore quarti cuiusque nomen
sort

ortientur. Hæc ratio vna est. Altera ista: A primo rursum sidere ducto exordio, dies primus & hora prima illi adscribatur: & numeretur deinceps hora $\text{xx} \text{iiii}$. (quod est spatium diurnum & nocturnum, Græci $\nu\chiθίμεπον$ pellunt) fieri hoc pacto, ut in diem proximum eius sideris norman incidat, quo dies illa apertulari consuevit. Ut numeratis à Saturno iiiiii , sequitur nouum alterius diei exordium, quod parte conservata iam à sole ducendum est, atque haec quadrabunt præclarè omnia. Verum in his obstatre possit, quod accepimus Ægyptios, quorum doctrinam Plato sequutus putatur, aliter sidera illa disposuisse, & Solem proximum ante Lunam collocasse, & Mercurij ante Veneris stellam. Quapropter si nominatio ista dierum propria est Ægyptiorum, suspicari aliquis possit, vel superstitione, quæ fuit illius nationis infinita, deorum falsorum natalibus, aut genitis, aut etiam casibus dies ad istum modum consecratos, vel alia quapiam singulari obseruatione ordinatos fuisse, vel allegorias aliquas ignotas nobis rerū naturaliū hac distributione contineri. De quibus plura quædere nihil attinet. neq; nobis opus est, neque adeò congruit istis dierum notis uti; quod aliæ appellationes suppetant cum elegantiores tum cùm cidentiores.

Δ E K

A.

spifices in sua quosq; arte esse ingeniosos oportet, vt laborent varia diuersaque & noua; si lumen facere velint: versutos etiam ac callidos, inveniendo faciendoque mercibus pretium. Eadem fabula ait Telchinas quosdam neq; manus habentes neque pedes: nimirum ostendens ad Reip administrationem domi forisque minime esse idoneam officinam. Tribuit fabula quibusdam manus similes anserum pedibus; (Graci σεγανόποδες & πλευρώχες vocant, quo videri possit alicui, multorum inertiam & pigritiam notatam fuisse. Intelligentum autem est, pertinere ad officinæ abusum & corruptelam ea quæ primum habeant: nam ab hac pleraq; ad vitæ necessaria munera & cultum conduceantia communitantur. Est autem & in ipsis artibus prauitas, vnde κανοτεχνία quædam dictæ sunt, est inanitas quoque, vnde ματαιοτεχνία, & utilibus bonisque rebus multi perpe. am vntunt & malè. Numerarunt aliqui Telchinas nouem: sed Cecus nominat Aetœum, Megalesium, Ormenon, Lycum, Simonē & Niconem: de quibus duobus & proverbium fertur. Idem dicit nomen ab Echini aperitate, vt sit Τελχίνη, quasi Τελέχηνος, id est, prorsus erinacius. Alij δὲ τὸ Τελχίνη μάλuerunt ἐτυμολογίῃ, vt fallacia prestigiaq; permulcendi verbo indicentur. Neque abhorret forma nominis ab absoluto fine, id est, δέλτῳ τέλος ἔχει, quæ erit nimirū elaborationis & operis ex politi perfectio.

III.

Qui fuerūt Aλάσοπες & Παλαιωναῖοι veteribus, & vnde facta sunt nomina ista? Antiquitas scili

scilicet ut alia introduxit infesta atque inimica
hominibus numina, Ates, Furiatum, Bellonæ: sic
exigentes pœnas scelerum quibus se aliqui pol-
luissent, Alastoras & Palamnœos dæmonas quæ
dam fecit. Et coluit Iouem Παλαμνεῖον, Veio-
nem scilicet, vltorem violentiæ, & parricidij in pœnis.
Atque ita appellantur omnes societatem cuius
vitæ labefactantes, & autores adiutorés, que eo-
rum quæ calamitatem perniciémque & interitū
afferunt: quæles sunt violenti, seditioni, turbato-
res pacis ac quietis, quorum consilijs aut mani-
bus cædes fiunt, aut capiti fortunisve alicuius pe-
riculum creatur: denique facinora committun-
tur quæcumque nefaria atque immania. Sic est
παλαμνεῖος in Electra Ægithus, suasor & socius
cædis Agamemnoniæ: & Hyllus Trachinijs in-
dignam rem putat ignem succendere, quo Her-
culis corpus conflagraret, & se φορέα γενέσθη πα-
λαμνεῖος παρεῖος. παλαμνεῖος. Sed an est δότο τῷ πα-
λαμνεῖῳ: quo vocabulo & manus & artes malæ si-
gnificantur. An δότο τῷ παλαμνεῖῳ μισημάτων, id est,
a veteribus odiosis & impijs delictis, quorum Deus
est τῷ παλαμνεῖῳ esset vindex? ut Plutarchus retulit. Sed Aλάσωρ
εὐλεξειπον' vnde? An δότο τὸ ἄλις, quæ est fuga, error, trepidatio?
τῶν τετραγωνίων Ετ Aλάσωρ, iniuisus atque detestandus: ut Ιλ. χ.
Εἰσέρ μοι ἀλασε σιωπησούσας ἀγύρευε.

Notum autem est in exilium ijs quondam fuisse
proficisciendum, qui hominem trucidassent. Et
Ajax Sophocleus pariter iniquos sibi Græcorū
proceres, capitales hostes suos αλάσωρας vocat.
Sed dæmonem illum, quem Orphei hymnus
appellat,

Σίνα μέγεν πολύπλακην, ἀλύσορα παμβασιλῆα,
at secundum Plutarchum sic appellatum perhi-
bimus, ὅτι ἐπέξιον ἀλυσα μισθία, id est, quod
per equatur pēnas execrandorum factorum, quorū il-
le, soleat obliuisci? An nomē factū est δύο τὸ ἀλών,
ut C eo placet, quas ille interpretatur βλάβας
& pri tēsse Αλύσορας τὰς ἀλας τηροῦται, id est, ma-
la & d. nna merita nō negligentem: vel, τὸ ἀλας τεί-
ρουται, id est, his affigentem atque cruciantem. Est
autem ista Orci quoque familia, apud Euripidē,
iurante Medea.

Ματές τωρ' Αδηνερτέρης Αλύσορας,
τὸς ἔξεσι λαθεῖν, inquit interpres.

Δ.

Tι βύλεται σημεῖνόν ἡ μιθευομένη μεταμόρφωσις
Κάδμις ἐλθόντος εἰς Ἰλυειάς; φασὶ γὰρ ὅτι Θύειθερ
ἐκεῖστι ἐλθὼν γεγερακὼς ἦδη, δράκων ἐγεινόν. ὁ ὅτι ἐξ Ελ-
λίσικῶν καὶ περφάντων πρόσων αὐτόθι μετέστησεν εἰς βίον ἀ-
γριονή καὶ θηρεάδην, τὴν περότερον χειροποίησάν τε καὶ θητεί-
ασαν ἀλλαξάμφυος, καὶ γεγονώς σκολεὸς καὶ ὄφεώδης; διγ-
θαρεὶς διπλονότι ἐν ὄμιλᾳ τὸ θύεις, δονέος κακούθις καὶ ἀ-
ναδός, ἀμα καὶ ἀπανθρώπικη φουκή.

Βεβερβαρθείς τε παροιῶν ὃν Βαρβέρος.

ἔσπερ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ὁ Κέιρον λέγεται ἐξ ὄφεως γέγονέν τοι
ἄνθρωπος, διδ. πὸ ἀφέντα αὐτὸν τὸ τῆς φύσεως πανίργον
καὶ ἀπτερον, αναλαβεῖν πρόπτης χειρούς καὶ πολιτικός.

I I I.

Quid significari existimandum Cadmi in Il-
lyriam venientis fabulosa mutatione? A iunt
enim illum Thebis in ea loca iam senecta conse-
ctum

Etum profectum, in Draconem mutatum esse: An
quia mores eius Græci & mansueti in vitam ibi
degenerem & feram deflexerunt, quum ex
priore probitate & æquitate, importunus &
star serpentis factus esset? Corruptus nimis omni
consuetudine gentis illius malitiosæ & immoderati-
tis, faeliusque barbarus habitans cum Barbaris. Ita
contraria prohibetur, Cecropem hominem ex ser-
pente extitisse, quod relicta Naturæ prauitate ac
perfidia bos & ciuiles mores induisset:

E.

TÍS ἡ Ποσειδῶνος τρίαγνα; ἢ συμάγνει ὅτι ἀλιέντης ὁ φορῶν τάῦτα; ἢ πώλησι φορῶν τῇδε ὑδάτων ἀπεγτίθησιν, ἀπέρ δέ τι γλυκέασι, οἷα τῇδε ποτέμοις· ἀλιμυρὰ, οἷα θαλάσσαις μέσαι, οἷα τῇδε λιμνῶν;

1

Qvis Neptuni tridens putandus? An significat pescatorem esse, qui eum gestet? An aquarum constituitur differētia, quarum alia est dulcis; vt fluuiorū; alia salsa, qualis est marina; & media, qualis paludum:

5.

Ο Ποσειδῶν καὶ ὁ Ἀριστίνες, καὶ θεον τιμάθηκαν; εἴτε
μάρτυρες τῆς ποιητας, οἱ μὲν θαλασσοκράτωρ, οἱ δὲ πο-
λέμιοι κύρος εἴλιχε, δῆπλον πότερον δ' οὗτον ὁ μὲν Ποσειδῶν
κηρυγμάτων, ὃς ὁ Πλάτων, ἐμποδιζεικός τὸν τῷ μὲν ὑγρῶν πορειασμενος; οὐτε
οἵτι πολλήσει μπτείας πορειακή ή θάλασσα, πολλάδεων, η-
γουσ πολλάδεως εἴην ἀντίθετα; Καὶ καὶ ὁ σέινον θεὸν τὰς γυναι-
κοροικημένης τῇ τε πατέρᾳ διότι δὲ ὁ δῆμος Ἀρις, ἀρρένων καὶ θηλέων
τὴν σκλη-

πολεμός καὶ ἀμετέροφος; οὐ δὲ Ἀρρέτον παλεῖται. οὐδὲ
τεῦται ἵσως τὸ ἔτυμα, ἵσως τὸ ἐκκί; οὐδὲ ἄρις δεῖτο τὸ ἀρᾶς
γενταῖ, ἀπεικίτε κακός ὅντος πάσι τοῖς σωφρονεῖσι, τὸ πολέ-
μον. οὐτοὶ πόλεμος ἀναμετεικός θεῖν, οὐ πολεμικὸς ἄρις εἰς κλημῆς
τὸν πρόσωπον χαλάρωσες σύλληπη; καὶ περὶ οὐδένα αὐτὸν προτεταλ-
έκουν, τὸ Σοφόκλειον Φιλοκλίτην,

Κλημῆς
προτεταλ-
έκουν.

αἴρε τοιμόν, ἀλλὰ τὸς χρηστὸς αἴρε.
ἰσόριται, οὐτοὶ οἱ Σκύθαι ξίφος μόνον πίπταντες, ἐπεθυνον
τὸς ἄρες καὶ τῷ Σαμοριματῶν ιδίως πορθεδέδοται, οὐτοὶ
ἀκτινάριοι ἕστεβον θρησκευούσι. οὐτοὶ ποστήσαντες τὸν ε-
σίαν τούτῳ μόρος, καὶ αμόθεν δοκεῖ ποτερ εἰς τὴν θέσεως, πήγωσι
τὸν εὔχεται, αὐτομάτως ποτεροῖσι. εἰρη γένεται πότιμον ὑδωρ τὸ
θαλασσιον, οὐ μέν τοι σύρροι ἐπείν τὸν εὔχεται, καὶ τὸν ποτί-
μον ὑδάτων σπεντελίκον αὔτον συμισθον, δέητε τὸν ποτεροῖσι
καὶ τὰ λοιπὰ ὑδάτα τὸν θαλασσινον σινθείρισαν. ἀλ-
λὰ καὶ οἱ νεεῖς πότιμος ὄντες, ὑστερ ἀναμηρα επέθει τὸν εὔχεται
πισένονται.

Εὐτελ. ii. 6.

V. I.

Quis est πότερον & quis ἄρης, ac unde hæc
nomina illis imposita arbitrandum? Hunc
autem bellii principatum obtinere, illū esse maris
dominum, secundūm Poëtas, manifestum est. V-
trum itaque πότερον est, quemadmodum Plato
existimat, quod ἐμποδιστὸς sit, hoc est, impediat
hannidorum progressum? An quia in mari multarū
rerum consequimur vsum, πολλεῖσθαι, id est multa
videns hic esse poterit? An etiam ὁ σείων τὸν γλαῦ,
quod terram commoneat, adiectis literis τ & δ;
ἄρης autem est ἄρρενς & virilis, aut durus & haud
flexibilis, quod ἄρρεν vocatur. An hæ origines
contentaneæ fortè sunt, & fortasse nō sunt? nam

Ἄρης

A'pus dicitur ab nomine apas, quoniam bellum at
pud omnes prudentes, sit malum maximo odio
dignum. An quia bellū multos ē medio aufer,
bellicosus ille A'pus ēn ḥ avaspēos & apōeos no
accepit? Etsi hic volens & sciens virum, secū am
Sophocleum Philocterē, malum nullum collit,
sed semper bonos. Narratur autem Scythē stan
tūm ense defixo, huic quasi Marti sacrificare. Ac
de Sauromatis prēcipue traditum est, eos Acina
cem colere & venerari. Ποσειδῶν verò quom in
telligatur natura quādam humida, nulla ex re a
lia quām ὕδωρ, id est humore, nomen adeptus
videtur. Etiam si marina aqua non bibatur, con
fluxus tamen quidam humili & continens caus
sa aquarum quāe bibi solent satur, quod fluuij
& reliquæ aquæ veluti per mare percolentur, at
que etiā pluviæ quas bibere possumus, inde cre
dantur pendere.

VII.

QUARE Vulcanus, qui & Mulciber Græcis Ηφαίστος est, perhibetur claudus natus? & à Io
ue in Lemnum insulam præcipitatus de cælo?
Et coniungitur illi Venus atque Aglaia? An Vul
canum fecerūt duplēm poëtē? unum fabricator
rem domiciliorum quæ cæteri Dij haberēt; qui
erit scilicet ætherius, neque claudus, neque in
Erga. I. Lemno faber: Alterum quasi terrenum vel e
tiam aërium: quem ἀληγορίαν ignem vrentem
sive in cælo seu terra ardeat, longe ab integritate
ignis ætherei remotum. Hic deiicitur in terrā,
& est filius Iunonis. Quia nubibus fulmen con
cipitur

cipitur, & inde erumpit emicans: quod in terris
 materia incensa, usum ignis demonstrasse homi-
 bus quidam fuere suspicati. Hinc igitur com-
 mentum claudicationis natum; quia ut claudi in-
 nitatur in scipione aut bacillo, ita sine ligni, vel
 quo instar huius sit, nutrimento, ignis in terris
 extinguitur; in cælis autem aut sub terra flagras,
 nihilominus inus materiam habet aliquā, qua alitur.
 In Lemno autem fouetur, nam ibi fuisse ardentia
 loca aliquādo, traditur, & Lemnios fabros. Nam
 officinam Vulcani colloccarunt in frēto Siculo, &
 insula cui nomen Vulcania. Quod autē ad con- Æneid. viii.
 iugium attinet, siue intelligatur illæ fabricæ æ-
 theriæ Vulcanus, seu vis vrentis ignis, consentaneum
 est Aglaian & Venerem ei coniungi: Nam
 pulchritudine cæli ornati siderum varia specie,
 secundūm Proclum, nihil esse possit splendidius, in Timæo,
 neque luculentius, & est certè hæc summa maxi-
 mæque aspectabilis venuitas. In terra autem quū
 officinæ præcipua sint opera ea quæ igne elabo-
 ratur, quid rectè effici, aut artifici aliisve utilita-
 rem conciliare possit, sine nitore quodam elegā-
 tia & quasi illecebra formæ lepidæ & veluti ar-
 dentis: fuere qui claudicationem Vulcani igni-
 potenter, secundūm Maronem, ad ignis coruscas
 vibrantesque & nusquam rectas, sed contortas
 semper flamas referent. quæ nec ipsa conie- Seruius in
vita VIII.

V I I I.

Quare Delphici Apollinis tripodem propriū
 esse voluerunt, quæ est, atini cortina? Hoc
orac.



oraculum in honore maximo & veneratione
summa olim fuit apud omnes vbiique ḡetium &
locorum: quemadmodum Ennius ipsum de-
dicentem Apollinem introduxit Ciceron
dicante, eum esse se,

*Vnde populi & reges omnes consilium expe-
suarum rerum incerti: quos ego mea ope e-
Incertis certos compotesque consilijs*

Dimitto, ut ne res temerè tractent turbidas.

An quia in numeris præcipua vis Trium esse, &
quædam arcanæ rationis singularis efficacitas
creditur? In primis autem stabile & firmū quid-
dam hic numerus indicare vult: quia omnium
prima figura, quæ τριγωνος, id est, triquetra est, li-
neis tribus clauditur. Tria igitur aliquid conclu-
dunt atque definiunt: & quæcumque progrediū-
tur longius, ea ad tria redigi solent, & ita insisti-
tur: quum in omni figura multorum laterum vis
& potestas triquetrae insit. Quod si ultra trique-
tram retro abire aliquis velit, dissipari id quod
compositum perfectumque fuerat, necesse est.
Nam uno latere de figura triquetra sublato, nihil
nisi indefiniti anguli spatium relinquitur: & al-
tero etiam detracto, solius longitudinis designa-
tio, quæ cogitari magis quam exhiberi potest.
Angulum autem solum, quid vetet comprimen-
do aut diducendo variari? An quia tripus etiā est
bacchicus crater, quo vinū miscere olim solebat?
ἀπόπος ille quidem τρίπτες. Et Apollinis vera esse
responsa præ ceteris creditum fuit: vnde & pro-
uerbiū natum, ut vera loquentes dicantur ἀν-
τίποδος λέγειν. Virū in autem & ipsum est ἀληθεύ-

TINOR

θιον, id est, in causa ut veritas proferatur; secun- Ath.lib.2.
dum proverbum quo Theocritus est. ysus,
οῖνος, ὁ φίλε πάντα, λέγεται, καὶ ἀλάθεα:
*Horatius scribens Lolio, præcipit ut tegat
 eo missum;*

- *et vino tortus, et ira.*

& secundum Callimachi versum, *vinū τὰ μεριμ-*
μέρα φίλε βωσόθεν. Latini etiam Dionysum, quod
 vini numen fecerunt Græci, Liberū appellavunt,
 quod ex animo & liberè ea quæ quisque sentit,
 bene pótus proferat. Ac secundum hæc, Græci
 nominis originem, et si fortasse audaciùs, fa-
 cere tamen possit aliquis, quod manifestè con-
 uertatur veluti curriculum eorum, qui potima- Pseudole.
didè madent, ut ait Plautus, id est, quod meta, quæ
est νύστα, quasi sub dio sit. Sunt qui Tripodem
 Delphicum ad tria tempora pertinere putent, de Suid,
 quibus oracula peri & edi solerent, præsens, pre-
 teritum & futurum.


I X.

Quid indicari putandum Homericō Oceanō, & aurea catena, & duabus incudibus, & certamine ac prælio Deorum? An id quod minime dubium videtur, his fabulis potissimum significata est Mundi quædam forma & partium illius dispositio, & siderum naturæ ac vires? De quibus breuiter differemus, aliis omnibus, quæ passim memorantur, omissis. Atque Oceanus Homerō omnino is est circulus, quem finiorem Latinī, ὁ οἰκουμένη οὐρανὸς λαρυτόποιος ήδιοιο

έλκωντες μέλαγναν θηλέοντος αρπάγαν
& IX. adicatur; eminuisse ignem ardenteum de ga-
lea Diomedis similem autumnali sideri, quod lo-
tum' oceano' splendide exoriretur. Eritque
minis ἔτυμον, ὅτι ὥνεως ἄρω γίνεται τὰ διπτελλόν.
Hæc nostra sententia videtur Homericæ consi-
nare: quamuis me nō fugiat Oceani aliam signi-
ficationē exponi ab Aristotele. Illa verò ἡ περὶ ζευ-
σεῖν ΙΑ. θ', quid aliud sit quam διάκοσμος vniuersi
mundi, & fragmentatio atque compactio or-
bium cælestium, intra vim ætheriam Iouis, - ὃς
καὶ πάσι οἴεται μέγιστος; Quæ nititur illa quidem suis
motibus contrà, sed nihilominus ita cōuertitur
quasi deuincta καὶ πρὸς τὸν θλύμονος, ut Iouis agitatio
& ductus neutiquam impediatur aut retardetur,
utq; etiam ipsa tellus circumfusa aquis in aëre
pendeat. In medio quidem infra hanc, ut sit ἡ π-
τασ

Γαῖον ἐνεργεῖαιδεω, ὁ Γαῖαρος εἰς δῶδε γῆμας.
Vnde & puncti instar terram obtinere ostendi-
tur. Iam Iuno certè est poëtis quasi Ὀλη, id est ma-
teria Mondi, sicut vis gubernas & continet Iupi-
tter. Hæc igitur duobus verticibus quasi affixa
hæret, qui sunt nimirū ἀνημονες δύο pedū Lunonis.
Nō enim deterūtur ἡ καμψον illiūn perpetua ce-
li conuersione: sicut & Atlas distinens cælum &
solū columnis suis, intelligitur Axis, quem nullū
pondus defatiget, sed Dij, id est sidera accurunt,
& volunt Lunonem exoluere; quos Iuppiter pro-
p. g. iicit viribus eos deficientibus, quo ortus & obi-
tus sideram significari credibile est. Idem Iup-
p. θ'. piter reuocat excusentem Lunonem & Miner-
uum.

nam. Mineruam autem accipiemus applicationem
caelestium affectionum & fatalium euētuum gu-
bernationem, qua nihil vel sagacius, vel poten-
tia esse possit. sed siderum progressio retor que-
tu interdum, quum quasi retundi videtur, & co-
hibet significaciones, quę δύο τε λέσματα à Græcis
dicuntur. Sed certamen Deorum quid sibi vel-
le dicimus I&.φ? An non modè Empedoclea cō-
tentio, (ipse νεῦνος vocavit) sed cōtraria illæ sunt
siderū nature, vires, significaciones, effectus? At-
que Mineruæ sidus credo τοῦ ἀπόκεντρου aliquod
accipi quoque posse, quorum potestatem magnā
& efficiētiā esse præsentem Astrologi censem.
Ægyptij autem perhibentur duodecim in cælo
signa appellasse θεοὺς βαλάντες, quasi consilij princi-
pes: quinque autem stellas & duo lumina, quos
πλάνητας vocant, παθόφορους, tamquam affecas. Hi
igitur cōgressus sunt inimicorum συχνητισμῶν,
vt Φεγγίδια μετεγον, qui est siderum è regione con-
triorum, & τετραγώνων quando inter illa latus
quadratę figurę interiectum medium facit, vt ra-
dij ad normā in terræ intimo punto, quod κέν-
τρον dicitur, cōiungantur. quāvis & de ceteris in-
telligi ille cōflictus posse videatur, vt de eo cuius
latus est æquale ductæ linea è centro circuli, &
figuræ angulorum sex descriptæ in circulo, & ex
eo radij concurrentes angulū efficiunt, quo se-
qui maior est ille de intervallo quadrati lateris,
itemque de reliquo, qui est τριγώνος: quando la-
tera interpositi spatij inter sidera describunt fi-
guram triquetram, & concursus radiotum angu-
lum habet maiorem quadrato parte tertiam, id est,



ēnīgīgv. Éadem autem partē signiferi peragrātes, vniuersos radios miscēt, quōd tum corpora ipsorum iunguntur. At enim a qui Dij manus nolūt serere, vt Apollo & Septenus. συχνατισμοι enim, id est, figuræ quibus veluti committantur radij, dīvīdōt modis, id est, insistendo & recedendo tæpe non solent perfici: & ita vitatur congressus, quemadmodum & in diuersas partes extra signiferū declinatione. Postquam verò vel coniuncta sidereum corpora, vel consentanea dispositione collocata, significations effectusve, quę sunt, vt dictum est, διποτελέσματα, absoluerunt, non mutantur euentus secundūm Euripidis sententiam cōuersam à Nasone,

3. Metam.
In li. 5. En. In 8.

- neque enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fecisse Deo. -

Euripides autem in Hippolytro sic,

+ θεῖοι δ' ἀδ' ἔχει νόμος
αἰδεῖς ἀπαντάνθειται φρονημάτι
τῇ τῷ θέλοντει -

Et in Seruij commentationibus legitur, eos retardare fata, non penitus tollere. Et alibi ait traditum esse x. annis fata differri posse. Hæc siue ad istum modū de poëta consideratione facta sunt, seu non sunt, neque illiberalē habere meditationem, neque expositio nostra omnino esse futilis videtur.

Quid

X.

Quid est, ut de symbolis essemus? utrum deorum symbolis, ut sit hic quasi epavos, & epulæ Hesiodeæ cauivæ; hoc tantum discrimine, quod hæc publica, la priuata conuiua fuerint. Docent autem granatici symbola id esse, quod pro sua parte quisq; ad communes dapes confert, vnde symbola in nihil soluit. ut Phormio, Te ne asymlum venire laetum atque vinctum è balneis? & Epidicus Plauti, Paratæ iam sunt scapulis symbola. & Menandri versus refertur in vi. ab Athenæo,

Mηράς τιθημε συμβολὰς ἐπρόωμψις.
& libro viii. προσθεῖται τὸς ιχθὺς τοὶς συμβολὰς δέδωκοι. Lucianus, πρώτην ἡχοντι αὐτῷ κατεβεῖναι συμβολῶν, τὸ διατύλον δέδωκε. & Hermotimo, εἰδέτε αὐτὸν οὐδὲ πόλην ἐκπομποῦσε τὸ καθέλεων, ὃς ἡχος συμβολὰς οἴματα κατεβεῖναι, reprehenderat ipsum in finitum efferentem γαστρί, ut esset unde symbolas conferret. An non igitur symbola illa dicimus, quasi signa futurorum conuiuarū, & pignora solutionis?

Constat autem σύμβολον significare notam et signum, & quam tessera vocarunt. Medea: ξένοις τε πέμπειν ξύμβολ' οἱ δράστες τὸν εὖ. hæc erit nota atque tessera hospitalis. Et sunt σύμβολα ea quæ conjectura explicari solent: ut Pythagorica dicta, & scriptura Ægyptiaca σύμβολα, quæ erat & literarum & picturæ variæ; ut in Stromateo Clementis vi. legitur. Sunt & in masculino genere usi nomine; ut Æschylus Prometheo,

— κληδόνας τε δυσκείτες

ἐγκώσιος αὔτοῖς, ἔνοδίκες τε σύμβολος.

Qua forma & Plautus in Bacchidibus symbolum

232 IOACH. CAMERARIUS
lum & syngraphū dixit in Asinaria & Captiuis.

DECVRIA IIII.

I.

Quo casu positum esse dicendum , Mu-
sa: in hoc versu,
Ab Ioue principium Musæ.
An est vocandi casus, compellante
poëta numina quorum ope in implorat; ut sit,
Ducamus principium, o Musæ, ab Ioue:
secundum Aratum, en Διὸς ἀρχόμενα. vel Theos-
criti Ptolemæum,
en Διὸς ἀρχόμενα, καὶ εἰς Διὸς λύγε. μοῖσας.
An est potius genitiuus, quemadmodum vide-
tur Cicero Aratum esse interpretatus,
de legibꝫ. *Ab Ioue Musarum primordia.* -
Et secundum hæc :
A Ioue principium generis. -

II.

Helenam Neœtœs filiam, qua consideratione
hab aliquibus factam putandum: quum ple-
riq; sororem geminorum Castorum natam Le-
da perhibuerint: Exponit autem Athenæus libro
VIII. versus auctoris carminum Cypriorum,
quod opus, fuere qui Homeri esse vellent: sed
eos refellit Herodotus Euterpa: quidam Stasi-
num compoluisse illa; quidam alium quempian
Cyprium tradiderunt. Sed quicumque is au-
tor fuit, versus hoc ipsius Athenæus retulit:

615

Τις οὐ μέτα τεῖται ἐλένης τέκε δαῦρα βροτῶν
 Τίνω ποτε καλλίκρομος Νέμεσις, φιλότητι μιγεῖσαι
 Στιν δεῖν βασιλῆς, τέκεν πρατερῆς υπὸ ἀνάγκης.
 Σεῦγε γὰρ εἰδί, ἔθελεν μιχθῆμεναι σὺ φιλότητε
 τρὶς διῖ Κρονίων ἐτείρεσθε φρένας αἴδοι
 καὶ νεμέσει. καὶ γάλλος, καὶ ἀρχύετον μέλαν υδωρ
 φε. Ζεὺς δὲ ἐδίωκε, λαβεῖν δὲ ἐλιλαχέσθυμα
 ἄλλα πᾶς κύρια πολυφλοιούσιον θαλάσσης
 ἐχθρὸς εἰδομένην πόντου πολὺων ἔξορόθωνεν,
 ἄλλοτε δὲ τοπειανὸν ποταμὸν καὶ πείρατα γάμος,
 ἄλλοτε δὲ ὑπέρδρον πολυβώλακα. γίνεται δὲ
 Σηέιον, οὐαὶ πτερος ἀνατρέψῃ, οὐρα φύγοι νῦν.

Ovo autem genitam Helenam scriplerunt, quod postquam se in varias diuersarum animantium species vertisset Nemesis, tandem in volucrem mutata à loue fuisse compressa. Hoc enarrans Clearchus, eodem Athenaeo indicante libro 11, scripsit Helenā, quoniam educaretur in superiore con clavi edicū, que Greci θά & ὑπερφά appellat, in opinionem venisse, quod ouo esset procreata. Sed ad Nemesis reuertamur. An hoc fabula significare vult, Helenam quum nec pudori nec pudicitiae pepercisset, in reprehensionem omnium iustum incurrisse? Nam & paulò ante expositorū versuum auctor, coniunxit εἰδῶ καὶ νέμεσον. Et has simul terras reliquise Hesiodus ait, ostendens corruptis moribus & penitus depravata vita, neque pudere quicquam, neque reprehendi improba & mala facinora. Est & νέμεσις ad impietatem & scelera hominum, diuinī numinis respectus: ut Catullo,

Nepos tuus Nemesis reposcat i te.

P. S.

Eſt

Eft grauis Dea. lädere hanc caueto.

Et Proclus Hesiodea explicans celebrari dicit ἐπὶ τῷ οὐρανῷ τοῖς φύσεων δέοντος, & τῷ νέμεσιν, τοῖς αἰγαλοῖς δίκαιον. Demonstratur igitur & calamitas secuta raptum Iacobi lena, tāquam pœna adulterij ac violati hospitij.

III.

Quid est quod Māro fecit, noctuſylva & māria quiesceret quum ſequimur tempeſtates nocturnæ eſſe soleant. Sic enim ille in IIII,

- ſylvaq; & ſena quierant

- ſequora, quum medio valuuntur ſidera lapsu.

An quod Seruius de animalibus memorat, aut nihil eſt, aut nimis curiosè exquisitū: neq; poēta ſemper eſſe dicit tranquillas noctes, ſed tūc illam fuiffe, & medium quidem tēpus ipsius. Tradunt autem Astrologi plērumque ſolere tempeſtatem mutari, medio diej & noctis tempore.

IV.

Quid Atrei & Thyestæ fabula ſignificatum eſſe credendum? An historia illa eſt, fiſti narrationibus permista? Atrei enim fuerunt filii Atridae, vel duo, vel gemini fratres, Agamemnō & Menelaus. etſi de his quoque alij aliter; quæ modò exquirenda non ſunt. Thyestæ autem fuifte traditur Ægithus, vnde & Thyestiades hic eſt ὄδη. De regno igitur veriſimile eſt, natam inter fratres fuiffe contētionem. (Sunt autem atrociſſimè coniunctorum diſſenſiones atrociſſime; id quod & Eteoclis ac Polynicis odiā conflictūſque demonſtrant. & hoc nimirum aurei atietis ſeu

Seu agni imagine indicarunt poëtae. nam priscæ
opæ fuerunt pecudes, id est armenta atque gre-
zes: & auro nihil pretiosius est,) Regnum igitur
Perdis pulcherum & potentissimum Atreo
relicum tradito sceptro, secundum Homerum,

ληστον μήδεα τοῦ Αργεῖ πατρὶ αὐτῷ,
quum occupare non posset frater Thyestes,
fraude tamen icer appetiuit. quod innuitur adulterio
coniugis Atrei, & furto arietis aurei. Narrant
autem disceptantibus de regno fratribus
placuisse iudices capi, quibus qui prior exhibu-
set ostendissetve mirabile & prodigiosum quip-
pam, ei regnum ut adiudicaretur. Accidit tum ut
in grege Atrei appareret aries cum vellere au-
reo. Hoc igitur ut nouum & singulare, quum
Atreus esset exhibutus, cognita re ex Aeropa
fratris vxore, cuius erat adulter, Thyestes, illius
opera potitus fuit ariete, eoque exhibito adeptus
regnum. id tam graui atque iniquo animo tulit
Atreus, ut ira atque dolore fureret. Itaque pri-
mum vxorem in mare abiecam

ἀφῆκεν ἐλλαῖς ἵχθυσιν δύσφεραν,

quemadmodum ait Teucer Sophocleus; fratri
autem Thyestæ, simulata reconciliatione gratiæ,
filios epulandos apposuit, & postea ipsum quoq;
cetruncauit. eam ob rem sol in contrariam par-
tem cursum mutavit. de quo Euripides Oreste,
ὅθεν ἔεις τὸ περιπτὸν δελτίς μετέβηδεν ἄρμα, τὰς φορὲς ἐ-
ωστερὸν κτέλευθον προσαρνόσα μονόπλαστον εἰς ἀδ. ἐπέσπο-
ρε τε δρομήματα πλάσας εἰς ὅδὸν ἀλλαν ζεὺς μετέβαλ-
λε. Huius mutati cursus mentionem fecit Pla-
to in Politico. Sed nos fabulæ quasi iter exequa-
mur.

mur. Hac igitur fuga solis ~~ναρθέως~~ scilicet immanitas nefarij facinoris indicata fuit, quod sol aspicere non posset; id est, quod omnem sauitiam & crudelitatem superaret, sicut meliorem feminam solem videre, negat Plautina

Sticho. muliercula, quam fuerit mater sua; senti ns optimam & probatissimam fuisse. Serius refert Atreum primum praedixisse futurum ~~ἐκλεψ~~ solis, id est, fore ut sol obscuraretur & effugeret conspectum hominum: cui inuidens frater, re euentu comprobata, ex urbe, inquit Seruius, discessit. Athenaeus, auctore Heracleota Herodoto, tradidit libro vi. aureum illum arietem, ob quem solis lumen absconditum fuerit, & eversi reges, & tata commota tragœdia, argenteā phialam seu pateram fuisse, in cuius medio esset sigillum aureoli agni. Quod nimis leue esse, & audacter confictum videtur, tantas inimicitias & capitalia odia susceptra, & dira facinora facta esse propter pateram. Alij demonstrasse putant Atreum diuersas atque contrarias esse solis & cœli vias. Quumque ab ortu ad occasum, seu spectantibus Aquilonem à dextra sinistram versus convertatur cœlum, Solem suo itinere contraria nitit ab occasu ad ortum, seu à sinistra ad dextram.

V.

Quis erat Περιόδος Deus Thebis Bœotis? An communior hæc est appellatio Liberi, ut ex hymno Orphei intelligi potest, quem sic ordinatur, οὐδέποτε Βάνχος θεούσιον. - Tradunt autem fabulae sic esse Liberum appellatum,

tum, quod hedera circum columnam nata implicatus fuerit. Quum enim Semele à Ioue compressa, iam partu edito orasset Iouem, ut cum fulmine accedens se consuerteret, eo imperato, Regtota aduentu illius arsit: tunc sua sponte hedera fertur extitisse & comprehenduisse columnam. & infantem texisse, ne ab igne laederetur. alij ter. Semela abortu fuisse tradunt eiectum fetus immaturum: alij, ipsa extincta, à Ioue exceptum; quos Naso sequutus hæc fecit lib. III.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab alio

Eripitur, patrioq; tener, si credere dignum est,

Insuitur femori, maternaq; tempora compleat.

Sed de hedera consentiunt, complexam hanc columnas frondibus suis, infantem protexisse. Hinc in Phœnissis Euripides, Βρόμιον ἔνθα τέκε μάτηρ Διὸς γάμοισι. πιστὸς δὲ περιεφίσ, ἐλπίτος, εύθυς ἔτε
Βρέφος χλωπόροστν ἔργος ναταποιοσιν ὄλγιας, ἐνώπιον.

Clemens Alexandrinus aliter de hac fabula verba fecit στρωματεῖ α: atq; columnam illam Dionysiaca significare vult, τὸ Φ θεός αὐθαύνοντος, id est, priscos ostendere voluisse, nullum Dei simulacrum effingi posse. & ex oraculo quodam memorat,

σύλος Θηβαίοισι Διώνυσος πολυγνηθής.

Quod tamen sic accipi etiam possit, ut numen Liberi id esse dicatur, quo nisi fretaque esse debat ciuitas Thebana. vt Iphigenia Taurica,

σύλος γδ̄ οἴκων εἰσὶ παιδεῖς ἀρσενες.

Sed Clemens ex Euripidis Antiopa etiam refert versum, quo Liberi manifestè columna indicatur, κομῶντα πιστῷ σύλον Εἰ τοῦ θεοῦ:

atque

atque addit Clemens; priusquam figuræ & habitus certos plane scirent simulacris effingere; tunc priscos, vel, secundum Ennium, casclos rexisse columnas, & eas ornasse, atque reliquæ esse veneratos tamquam sedes diuinæ. Et xponit versus cuiusdam qui composuit Phoebidas (hunc enim ille titulum fecit poëmati,) :

Καλλιθόν κλεψύχος ὀλυμπίαδος βασιλεῖς.

Ηρντ Αργεῖν, ή σέμμαστη θυσάνοτος.

Πρώτη ἐκόμισεν πειρίνον μαρὸν ἀνάστη.

Quinetiam poëmatos, cui nomen Europia, auctorem narrasse docet fuisse simulacrum Apollinis Delphici, columnam, his versibus,

Ἐφρα θεοῦ δεκάτῳ, ἀρπάζει τε πρεμάστηρ
σαθυρῷ ἐν ζεύσιν, η πόνος ἡ ψιλοῖσι.

In prioribus autem versibus nominatur Callithoë, quæ fuerit clavigera, id est æditima Iunonis Argiæ; & corollis atque simbris ornauerit ædem columnatam & amplam illius. dixit enim ille poëta certe πειρίνον, & πειρίσυλον. in posterioribus, suspendi vultis qui pronunciat, decimaru primitias de sacrarum ædium columna. Ut sanc ad columnā, quæ pro simulacro esset, haud sciāt an ista detorta potius, quam ex sententia auctori accommodata esse videantur. Fecit idem hoc Clemens alibi quoque, ut sine causa, meo quidem iudicio, diuina humanis misceret. Sed ista ad præsentem quæstionem non pertinent. In hymno Orphei hederæ columnam vinculo suo circumdantis, vnde πειρίνον nomen factum, significatio indicatur, nodi cuiusdam vniuersitatis rerum. Sic enim

- ἡ δὲ ἀνέδραμε δεσμὸς απάντων.

5.

Οτι δὲ Βάκχος ὁ Διόνυσος, δότος τῷ Θεού βασιλεῶν, ὑπέπερ Ιακώβος δότος τῷ ιάχειν ή ιάχειν, ἐπικομάδην, τὸν ἀπὸ τοῦ δόξην ἀντὶ τῆς ἀλιθείας. πόθεν ὥστε σήμερον οὐδὲ τοῦ θρόνου ὃν τῇ ζέσει ποιεῖ γλευκάζειν οὐδεῖν; ἢ σήμερον τῷ μεθύσκειν προμηγάς, καθάπερ Εὐερεμέτης ψυχαὶ Βρόμιος καὶ Εὐερόμος; τὸ γαρ Εἰλευντος δῆλον ὅτι σύμφεννος τοῦ ἔκφρου τῷ δάμονος ὄργαστῶν ὄμοιός εἰναι τοῦ σύμφυτας εἰκόνη θητωμάτων ταρπητοῦ τὸ τῷ Εὔεινον οὔρομα. ἐκλίνειν δὲ τὴν Εἰραφιώτην. Ηὕτη ἔτι φάγηδος οἶνος, εὐηγγελία περὶ Εὐεράλων, ως ὁ Δειπνού Θεοῖς τὸν τῇ δευτέρᾳ ἐξ-θυμην, καὶ εἶναι φυσιν ὁ Διόνυσος ἔμαυτε τοῦ Καρποῦ κρατήρα, ἀλλὰ οὐρεως, τῷ δὲ πέμπτῳ, βοῖς. Ηὕτη τοῦ ἐρράφθητον εὐηγγελίῳ τῷ Διός, καὶ τῷ μήνιον; Μηρός ἡ Λιβύη, ως φασιν, ὁρος Ἰνδίας, ὅθεν Μηρορράφης ὁ Διόνυσος. Ηὕτη τῷ εἰρενικῷ λέγεται, ως ἀφείσκην οὐτες αὐτῷ τὸ πολυπονίας; οὐδὲ οἶνος, ἢ γουμιός μεθύσκων

καὶ τὸ ἔπος περοέπικεν, ὑπέρ τοῦ ἀρπαγοῦ ἀμφιον. Ὅπερη καὶ τὰς Εἰρεσιώνεις, ωχητῶν οἴοιτο ἀντὶ της ἀνομαλίας δότος τῷ εἴρειν καὶ λέγειν το τὸς ἄδοντες ἐπιτελέρεον. Τες ἐκείνεις παιδαρια, η ταῦτα τὰ ἔετα. ἀλλὰ σήμερον Σα-
βάζιος περιπορεύεται; Ηὕτη τῇ Φρυγίᾳ σιδελένιω της Βάκχης δηλαδησιν οἱ Σάβοι. Ηὕτη δὲ τὸν Ινδικὸν καὶ Αραβικὸν οἱ Σαβάζιοι, οἱ δὲ Σάβοι, Θρακικόν. οὗτος οὐδὲ οὐρφέως φερόμενος ψυκτός, τὸ Σαβάζειον ποιεῖ Κρόνος μὲν ψυκτόν, φυσὶ δὲ τῷ οὐρ-

οῦς Βάκχον Διόνυσον, Εὐερόμον, Εἰραφιώτην
Μηρῷ εἰκαστέραψεν. -

Διόδωρος δὲ τὸν τῷ δὲ Σαβάζειον, νυκτερινὸν Διόνυσον τὸν Δι-
ὸς καὶ Περσεφώνης γλυκάδης φυσίν. Ορθίος δὲ τῷ έκλινθι, σήμερον Ath. 8.
τόν

τὸν ὄρθιν, τυτέσιν ἀκελεῖ καὶ ἀρμόζειν χρῆσιν τῷ οἴητι
μὴ ἀκράτε, ἀλλὰ μεκραμένον. ὃς ἐπί λαζῆς, ἢ ἐπὶ μόνον ὁ
λυσιν καὶ σκεδάζων οὐτὶ τὰς μεσίμυνας καὶ φροτίδας, ἡδὲ
λυσιμελίης τῇ διληπεῖ ἀκριβοσιά. Εἰ μέθη, οὐλων μὲν
ἀλιθῶν καὶ τύτων, ἀλλὰ καὶ ὁ τῷ νόσῳ λυτοὺς τῇ καὶ
ρωὶ Εὐμφόρῳ τῷ οἴνῳ πόσαις. οὐθὲν καὶ οὐ Πυθία λέγεται τι-
σιν ἀνελεῖν, Διόνυσον γέγατεν καλεῖν· καὶ φέρεται επομένος
Ιατρὸν ὄνομάτες τῷ Διόνυσῳ, ἐν τέτοιοις,

Εἴκοσι τὰς πορὸν πικίδιος, καὶ εἴκοσι τὰ μετέπιπτα,
οἵκατεν τοιερῷ Διονύσῳ γράμματιστεῖται.
τις ἐπί οὐ Βασαρεὺς φατέος; οὐ Βάσαρος; εὖτοι γάρ οὐ Ορφε-
κός ψήμος,

Βάσαρε Εὐκχεῦ, πολυώνυμε, ποιεῖδι μάσα.
οὐ καὶ τύτο πεποτμένον, τὸ τε τῷ μεθυόντων φωνῆς ἀπη-
χον οὔομα ἔτι ἐρίθρῳ; οὐ γάρ τῷ βάσεως καὶ αράς α-
Ιλιαδ. εἰ. ρεσκόμεθα ἐπίμω, σκιειμένῳ παρεῖ Εὐταθίῳ. αἱ ἐπί Βασά-
ρῃ νύμφαι Βακχικαὶ τίνες ἐκλίνθησαν· αἱ τε Μημαλλόνες,
καὶ αὗται βούλησάται, ποράν τινα πραγμάτων τὸνόματες
ἐνδικυρμένιοι, ὡσπερ τῷ Τίλελλης πόδι πορειακοῖ.

τὸ ἐπί θιμάτερα, καὶ τὸ δεύτερον τεχθέντα, μήδη εὖ λέγον-
τες φίλορδον ἔτι τὸ καὶ οὐτὶ τὸ λευκὸν τῇ προπτῇ σκιπιεσθέντε
οἴνους, καὶ αὐθίς ἐν τοῖς ποίησις δέποτεσσαντα, ὥστε γνήσιος πορὸς
τὸ πίνειν διπτίδοις καὶ εὐδειπονοῖς οὐ πορέτερον μήδη ἐν τοῖς
βότεροις καὶ τὸ σαφυλαῖς φωτίᾳ, μείστετα τὸ τάλαι πο-
τευγητεῖ αἰτεῖται παῖς ἔτι, ἀναγρυπνιθέντα τῇ πατίσει καὶ
θλίψει, εὖτοι δὴ οἶνον ἔτι σημαγόρθιμον; μηποτε τὸ καὶ τὸ
δέμορφον κεκλῆται τῷ Διόνυσῳ, τὸ αὐτὸν βύλεται σημαίνει;

Diod.4. οὐ καὶ ἀμφώ τάδε, τὰς διπλᾶς ἥρωις διαφόρες τῷ μεθυ-
σκομένων διαθέσεις, ὄργιλων οὐτὸν ἵλαρῶν ὑπαρχόντων; τῷ
τὸ εἰκόνισμάρτυρας τὸ οἴνον πιόντων, ἀλλὰ ὑπερ τὸ μέτρον,
καὶ τὸ Μελαρκὸν ποιητῶν, ἐπεὶ θηλεώδεις εἰσὶν ὄρμαι, τὸ
Διόνυσον ταύρια καὶ τὸ ιεδάλφον εἰπαθεῖνας ὑπενοῦσσον εἴξ-

κερασφόρος δ' ἀν εἴη, εἰδὲν ἵστως μᾶλλον μῆλον τὸ οὐράνιον κελυφορέωπον τύπον; η περιστών τινῶν ἐκφυσιν καὶ Diod. 3.
 πατέρα Αμιλχα, ἥπερ δέ τὸ τὰς μεθύσοντας θυμοφδεῖς,
 οὐ μέντος, μιατίθεσθαι τε τολμηροτέρως καὶ ὡς ἀρρές τὸ
 παιδί Πήγαντερεσθαι. φασὶ δὲ καὶ παροιμιαζόμενοι τὰς πέ-
 τας πέρασιν ἴσθο τὸ Διονύσιον καβοπλίζεσθαι. καὶ ταῦτα
 δέ διὰ τὴν ἀλλαγὴν Διονύσου τὸ ιὔελον πόθεν; τοιί τοι οὐδὲ
 τὸ ὄρη, της ἐντὸν διά παντας ιψέντας, εἰς αὐτὸν τὸ συνεδρί-
 θεντερχόντα τὸ ἐπει αὐτὸν καὶ φατειδητας Διὸς γόνος. Ἰ-
 στολάσσος δ' ἀν τὰς ἵστως ἔτω κεκληθεῖς τὸ πάροινον Διόνυ-
 σιοῦτο τὸ Δία μηδον τὰς ἡμέρας καὶ τὸ φῶς νύτιον τατέξεν
 ἐλαύνει. ἐνύκτια γάρ τὰ τὸ Διονύσιον μυστέλα, αἰνιγμάτων
 μηλαδὴν τὸ δεῖν τὰς πάντας ὅπτηρύνεται τὸ οἶνον, καὶ μὴ εἰς
 πορεῖτον τῷ ἀρχέμονι τὸ πληνομοῦς χεῖθενται· ἐάν δὲ μὴ φέ-
 ρῃ διωνύται της πολιων οἶνον, εἰς ἔχειν καὶ απέχεσθαι τὸν αὐτὸν
 αὐτὸν. Η καὶ δέ τὰς σπεδίας τὸ ταμιεύεσθαι τὸ οἶνον καὶ
 δόποθεσθαι ὡς εἰς παλαίστων κρυπτόμενον; Μὴ καὶ Οἰνυρόν
 φασι πορειαγορευθῆναι τὸ Διόνυσον. οὐδὲ αἰσχύνεται δὲ ἀν ἵστως
 ταντελῶς τὸ ἐτυμολογίας, φάσκων ὅτι ὁ Διόνυσος ἐλευθε-
 ρόβομος τις έστι, τὰς Νύστας καὶ βαθμίδα ἔχει τὸ καμπτή-
 ρενδιον καὶ πορφαρῇ παρεχόμενος. τοῦτο διαστεπωκότων
 τόν τε νοῦν καφοτέρων, καὶ τὰς γλωττὰν προπετεσέρων
 γνωμένον. οἱ δὲ λέγοντες ἥλιον τοῦ τύπου φύσειν αὖ οἴ-
 νον, Διόνυσον τὸ τύποντα καὶ ἐπιστέρχοντα πορφαρόν
 μενον δίσ, τιτέσι τὸν ἡμέρας οὐ τὸ φωτός λαμπτορότισσα.
 ἐξέθηκαν δὲ ὕδη τινὲς ἐτυμολογίαν τὸ ὄνοματος ἐτέραν, κα-
 ραν, ἢν καὶ ὁ Πατεροπολίτης Νότιος ἐκ οἰδούσης τούτης τούτης
 τὸ Διονύσιον τὰς ίσαυτὰς εἰσέφριστεν ὡδὶ παντας.
 πᾶς Χαλαρίων Κρονίδης βεβεβότι μηρῶ,
 Νῦν τε γλώσσῃ συρρεονταίδι γάρ λός σκέτε.

ἀπαγ.

ἀπάντων ὃς ζεδὸν τῷ διονύσῳ ἐπικλημέστων καὶ ὄντων
τῶν ἀναρινθέντες, τὸ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον καθά-
λείπειν αἰθεώρησαν πῶς ἐν ἀμεθύστων καὶ μαγνομένων τοῦ
ὄντος γένος ἂν τις γεγονέναι πλημμέληται; οἱ γέντες ταῦ
ταν ἀρχάριος τὸ Διονύσιον Εὔεβλησ, καὶ τὰς νύκτας δὲ πει-

Plut. οὐκετ. νοῦς Εὐφρόνιος πορεῖτον· εἴτε τὸ πόσιν ἀγαθῆς βεβλᾶς σε-
είσκοντες, καὶ τὰς νύκτας μάλιστα εὐφράνθινή γένεται, τὰς τὰς
οἰονεὶς Διονυσίακας φίλτρῳ ἐριθιωμένους. ἐν τῷ Μή-
λιχιος Διονύσιος, ἐν ό Βακχεὺς ἀμπελιός, ἀλλ ὅπῃ συκε-
νόσσῳ τὸ σύκινον καρπὸν περιέχων περὶ Ναξίος, ὥστερ
Παναγίας ἄλλων τινῶν ἰσορηκότων μηγήστῳ, τὸ Ναξίον
τὰ σῦκα Μείλιχα καλούμενταν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ μῆλα καθί-
ρωται τῷ Διονύσῳ καὶ τὸ Θεοκρίτον τεῦχος:

μῆλα δὲ ἐν κόλποισι Διονύσιοι φυλάσσονται,
ἵσως ἂν τις ἐπισωρεύων τι τῷ ἐπιθέτων καὶ Μήλινον ἔται-
τετον τὸ πολυπόνομον ποιητικὸν δάίμονα, παλέοντεν.

V I.

BΑῦχον, qui est Dionysus, nomen habere dicitur
θορυβόδης βάζειν, à turbulentō sermone, quem
admodum ιαῦχον dicitur τοῦ ιάζειν, seu ιάχειν, quod est
resonare, non à vero abhorrere videtur. At Βρό-
μιος unde, & qua de caussa ita appellatur? An διό-
θρόμιος, qui ob ferorem sit ex vino dulcescenti?
An propter ebriorum vociferationes, sicuti Εἰ-
ερεμέτης valde tonans, ita quoque Βρόμιος & Εε-
ρομός, valde rugiens? Nomē enim Ελελεὺς indica-
re amentiam eorum qui huius dæmonis orgia
celebrabant, nō est obscurum. similiter etiam di-
ctio Εὔσος à numine afflitorum acclamationibus
est deducta. Idem quoq; Ειραφιώτης dictus est.
An quoniam ιερος & θρησκευτικος est, iuraria affert vinum:
et si

et si apud Eubulum, ut Dipnosophistes in libro exposuit, quartum craterem non suum esse Diōysus inquit, sed pétulantiae, & quintum clamoris. An τὸ ἐπράθαι ἐν μηρῷ Δίος, quod femoris Ioni. Suiſſet insutus? Erat autem Mηρός, ut aiunt, Indix quidam mons, vnde etiam Μηρόπαχης dictus est Diōysus. An δὲ τὸ εἶπεν, quod est loqui, quū ad loquacitatem hoc homines incitent: vinū enim, id est ebullus,

Sæpe afferit diētum, haud diētum quod rectius esset, quemadmodum & Εἰπεινών non minus poterit quispiam dicere nominatam esse ἄντο τὸ εἶπεν, seu recitando quippiam à canentibus & circumgestantibus illam pueris, quām ἀλλογγ. ταῦτα, à lanis. Sed quare Σαζαζίος appellatur? An quod Phrygia dialecto Bacchos interpretentur Σάζες? fuit autem Indica gens Σάζας, Σάζος verò Thracica. Et Hyminus qui Orpheo ascribitur Σαζίζον Saturni filium facit, atque dicit eum esse

*Qui Bacchum Dionysōn Eribromon Iraphiotam,
Insuerit femori.*

Diodorus verò in

III. Sebazium, nocturnum Dionysum Iouis & Proserpinæ natum esse tradit. ὅδε item, siue rectius, nominabatur ob rectum, id est exquisitum & conuenientem vini usum, non quidem meri, sed diluti. Λυάρος verò est non ea tantum de cauſa quod curas & ærumnas λύει, id est soluat ac dissipet, neque λυσμέλη membra dissoluens, frequente scilicet meri potu & ebrietate, quamvis & hæc vera esse possunt, sed quia tempestiuo & conuenienti potu vini, morbi dissoluantur. Vnde referunt Pythiam quibusdē m dixisse ut vocarent

Q,

rent

rent Dionysum sanitatis conseruatorem. Et oraculum fertur in quo Dionysus appellatur Medicus, hoc modo,

*Viginti ante canem, tum viginti pariter post,
Umbrosa sub parte domus medico utere Bacchus.
Quis vero Bacchus perhibendus? An Bacchus posse?
Sic enim Orpheus hymnus inquit:
Bassare item & Bacche o quem nomina ultra celebrant.*

An hoc imitatione quadam expressum dicemus, ac sonum edere hoc nomen similem vocibus ebriorum? Non enim probatur origo nominis à οἰνούσαις & ἀπάσαις exposita ab Eustathio. Nympha autem Bacchicæ quædam dictæ fuere Bacchæ: erat & μιμαλλόνες etiam ipsæ vociferantes, quū nomine hoc clamor quidam indicetur, quemadmodū & τηνέλλεις apud Comicum. Διμορφα vero & bis editum nunquid rectè dicemus, intelligi vinum torcularibus, mutatione ista expressum, atque iterum in doliis effervescentes, quo ad bibendum fiat aptius & utilius? An prius in racemis ac uois natum, posteà vindemia adhuc imperfectum quodammodo, calcando & premando, ita demum vinum colligitur? Quòd etiam διμορφος id est, biformis dicatur Dionysus, id forte eiusdem significationis fuerit: aut quoque ambo hisce indicantur duplices quasi ebriorum differentiae; quoru alij iracundi, alij hilares sunt. Quoniam vero impetus illorum qui non scite sed immodicè bibunt vinum, secundum Poëtam Megarensem, sunt feri & immanes, licet suspicari Dionysum Taure & Pantheræ comparari. Κεφαλαίος

opus autem & corniger esse potest fortè nō magis ob galeam capit is arietini figuram habētem, quām ob cornua exigua patri Ammoni enata, aut etiam propter ebrios, qui si irascuntur, audacioris efficiuntur & ad feriendum quasi cornibus impelluntur. Ceterū & quod Bacchus addat cornua pauperi, nonnullis in proverbio est. & hæc sicut idem hactenus. At proprium Dionysus vnde? Non est obscurum, quod traditur de monte alicubi in India sitον, illum ibi & natum & appellatum fuisse Διόνυσον filium. Coniicere præterea quis posset hoc nomen obtigisse Dionysio vinolento, quod τὸ διά, id est diem & lucem, νύκτας, id est exagitat. Nam mysteria Dionysi quæ fuerunt nocturna, innuere voluerunt nimis rura debere eos qui bibunt vinum, occultare potum, nec pati ut conspicuum fiat impletionis dederent. quod si multū vini perferrere aliquis nequeat, repletum esse ut ab exhaustiendo abstineat. An quoque ob studium reponendi vinum, & condendi, vita in occulto inueterescat? ideoq; Dionysum etiam οἰνοπήν cognominari inquiunt. Non aberrauit insuper à vera fortasse nominis origine, qui dicet Διόνυσον eum esse qui libero ore prædictus sit, τὸν νύκταν id est, metam manifestam & claram exhibens: quoniam eorum qui nimium biberunt animus fit leuior, & lingua incontinentior. Sed qui Solem hunc esse perhibuerunt, arbitror voluisse significare Διόνυσον esse τὸ νύκτας excitantem & prælucentem Διά, hoc est diei & lucis splendorem. Iam nōnulli & aliam vocabuli rationem exposuerūt, tum tibi ulam magis, quod

ad fabulam attinet, tum per se facetiorem, quam
Panopolites Nonnus, nescio ubi inuentam suis
Dionysiacis inseruit, sic canens,

*Appellans Dionyson, onus quia crure tumenti
Aetollens, claudus Saturnius incedebat.*

Nyson enim Claudum Syri vocitasse feruntur.

Sed omnium ferè nominum cognominaque
Dionysi mentione facta, pulcherissimum & pru-
dentissimum si considerare omitteremus, quo-
modo non, ceu temulentis & insanis hoc nobis
daretur vitio? Vetustissimi enim Dionysum εὐε-
λα, id est, bonum cōsiliarium, ac Noctem εὐφόρ-
ον, quasi prudentiae aptam appellarunt, consilio
bono potum haudquaquam priuantes, & existi-
mantes noctem in primis prudentiae conuenire,
quādo videlicet exhilararetur philtro Dionysia-
co. Erat autem & μειλίχιος Διόνυσος, non viteus
Bacchus, sed quasi οὐκινός, hoc est, ficulneus, qui
ficum exhiberet fructum, apud Naxios, ut Pau-
sanias ex aliorum relatione commemorat, quia
Naxij ficus appellantur μειλίχα. Et quoniā Dio-
nyso mala quoque consecrata fuere, secundūm illud
Theocriti,

Ipse sinu mecum Bacchi sacra mala tulisse.

Melinum quoque hunc multorum nominum
deum poëticum hoc etiam epitheton adiiciendo
quispiam fortè nuncupare poterit.

V.I.

Quā consideratione Ægyptij Mercurium du-
plici effigie consecrarūt? Quarum vna fuis-
se prohibetur seni, altera propter hunc assisten-
tis

tis Iuuenis. Vtrum hoc intelligi voluerunt, secundum Synesium, eum qui Rempublicam administrare & aliis præesse cum laude debeat, opertere sapientia præditum esse cum viribus contracta? nam vtrumque esse imperfectum si altero deficiatur: contrà vero superari expugnari que nulla vi posse eum in quo copulentur robur corporis & animi intelligentia. Quod si dirimantur, ut sit illud iners, & haec imbecillis, facilem esse oppressionem. nam ut poëta quidam fecit,

Opp. *λαυτη.*

- ἀλην ἀνεμώλιος, ἄφρων.
similiter & Sphinga, cuius simulacrum solerent vestibulis templorum imponere, placet Synesio signum fuisse, virtutum istarum consociatarum: significante forma beluae, robur, & hominis, prudenter. An est hoc bellè quidem à Synesio applicatum, præceptis & monitis ad Reges pertinentibus? non abhorret tamen ab Ægyptiorum sapientia, complecti imagines illas doctrinam pietatis & religionis, & in rebus diuinis tractandis gerendisq; diligentiam atque sollicitudinem; quum periculosa harum incuria sit, & contemptus pœnam effugere non possit. Deniq; significare, ut opinor, illi voluerunt, in tota vita pietati & honestati operam dandam esse. ad quod studium incitatur Iuuentus, & efficitur ut constanter in illo versetur, solum senectutis institutione & cohortatione, atque etiam castigatione. Est autem Sphinx ea scilicet quæ punit audacia & proterua ingenia, coercens imperitos & gloriosos exultatione mani. Idq; ipsum si-

gnificat

gnificare existimauerim, expressa simul opere
cælato, nostra Accipitrum, & earum avium quas
Ibes vocarunt, ut quibus vulgi sententia iudi-
ciumq; & operatio rerum diuinarum refutare-
tur. Plutarchus in libello de Iside & Osir de,
Sphingas istas indicare putat Ægyptiorum sa-
pientiam occultam, & inuolucris fabularum ver-
borumq; ambagibus tectam. Fuisse enī con-
stat illorum pleraque omnia ~~αιγυπτιατῶν~~ οὐκ οὐκ
θόμισα. His addit Clemens, beluæ figuram Sphin-
gis, notam esse timoris erga Deum: hominis ve-
rō, amoris atque caritatis.

VIII.

Quæ fuere Rotæ Ægyptiacæ? quarum men-
tio fit etiam in Numa Plutarchi. Dionysius
cognomento gentili Thrax, professione gram-
maticus, in quodam libro de significatione vel
declaratione, id est, σηματων, hæc scripsit, re-
ferente libro quinto στρατεων Alexadrino Cle-
mente: Nonnulli non modo verbis, sed etiam signis
res indicarunt. Verbis, ut auctores præceptionum qua-
Delphicæ vocantur, ne ~~quid~~ nimiris, & no-
sce te ipsum; & his similitum. signis, ut Ae-
gyptijs Rotam trahendo conuertentes in delubris Deo-
rum, & frondes tradentes venerantibus numen di-
ujorum. Nam Orpheus Thracius sic ait,

Θάλλων δὲ ταῖς βροτίον δὴ χθονὶ ἔργα μέμπλει.
Οὐδέγει μίαν αἴσιν δὴ φρεσιν, ὡλλὰ πυκλεῖται
τάντα τάσσεται, τάντα ἐναστὴν μέρος τὸ θέμις τούτο
ἀλλ' ἔχει αἰς πρέσα τὸ δόρυν μέρος τὸν ἔνασος.

De frondibus autem Clemens ita: Aut hi sunt,
inquit,

inquit, primi cibi indicium, aut intelligere iubent
hominum vulgus, frondes quidem virides esse suo
tempore solere, & fructus deinde nasci, & diu dura-
re: vita autem humanae, breve esse & incertum spa-
cium. fortasse & hoc inquit, ut cognoscat, quem
admodum incensæ frondes ardeant atq; confla-
gent, ita fretos hac vita, celeriter deficere, &
igni praedare pabulum. hoc nimis folia Ho-
merica quadrabunt $\lambda\zeta^{\gamma}$. Rotas autem Plutar-
chus sic explicat; quum nihil in rebus humanis
stabile sit & certum, boni consilendum, quic-
quid in illa perpetua conuersione alicui obue-
niat, & in optimam partem mutationes vitæ ac-
cipiendas esse. Adiungi his rectè possint, & il-
læ cadaueris humani reliquiæ, id est compages
ossum corporis mortui; Græci οὐέλετοι vocant;
de quo Plutarchus in dialogo conuiuij septem
Sapientum, hæc, quemadmodum nos conuer-
timus: illa compages ossum corporis humani, qua ab
Aegyptiis studiosè in conuiuiis profertur, cum cohori-
tatione, ut quisque meminerit se brevi ipsum quoque
talem fore: Hæc igitur, et si ingrata alienaque quasi
commissatio est, oportunitatis tamen nonnihil habet, si
incitat non ad bibendi voluptatem, sed caritatem a-
moris mutui, moneretque ne vitam spatio breuem, re-
rum negotiorumq; pranitate & vetius, faciamus lon-
gam.

Theta.

Tίς καὶ τέθεν Ἀθηνᾶ ἡ, Περσεφόνη; τὰ δὲ Ἀθηνᾶς, βά-
λον; ἐπὶ φρόντον θείαν κράτης. αὐτὶ γοινὸν θεούν,
ώστερ ὁ Πλάτων ἀπομολογήσει, τί θεία ἔσται· καὶ Η- Cratylo.
Θορόν

Q

θορόν, ἢ ἐν τῷ ἥθει νόμοις. ἢ καὶ τῷ μέθον, ἀθηλῆς ὑπάρχει
θε, καὶ ἐπ. τὸ τὸ Διὸς κεφαλῆς θυντιθεῖται ἐνοπλος ἀπαρχῆς
παρθένος, μελομένη τὸ τὸ Διὸς κεφαλῆς Ήφαίστου ὅθεν καὶ
Παλλὰς ἐπεκλίθη. τὸ γένος ἡ αὐτὸν ἢ ἄλλοτε μελεωρίζειν,
ἢ δὲ τὸ γένος ἢ ἐν χεροῖν, πάλλειν, φοτίν ὁ Πλάτων, καὶ
πάλλειδα, καὶ ὄρχειν καὶ ὄρχειδας παλλέμενοι. θεόθεν ἄρτος
θυνταται ἡ φρόνισις, καὶ τὸ φῶς αὐτὸν ἐκφαίνεται ἐδὲ γένος
τὸ φρονήσως εἴτε δραστικώτερον εἴτε ὅπιφανέστερον ὁ τοῦ Η-
φαίστου εἰς ὄνοματος εὐθὺς κατιγορεῖ ἐαυτόν τὸ ἡγεμονικὸν
φῶς· φαῖστος ἀν καὶ τὸ Πλάτωνα, καὶ τὸ η φροσελκυσάμυνος.

ἢ τὸ Αἴθινα καὶ παλεμικὴ δέσι. τῷ γένος φρονίσει αἱ τὸ πο-
λεμιών ἐφορμήσεις δύποράν τοι μάλιστα. καὶ δέ τοι τὸ μα-
νόμυνον, καὶ βροτελοιγὸν, καὶ μιαρφόνον καὶ τύχειον πλάτην
ιδ. ε. Αἴρη, τινὲς τοῦ τὸ μάχης εἰξάγειν, τινὲς δὲ, καὶ καταβάλλειν συρ-
ράχειται Αἴθινα, ἢ θύλεια τὸ ἄνδρα. τινὲς δὲ τὸ Δία εἰς τὴν
